
BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

PALLADIVS
AGRICVLTVRA

EDIDIT

J. C. SCHMITT





1573

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

PALLADII

RVTILII TAVRI AEMILIANI

VIRI INLVSTRIS

OPVS

AGRICVLTVRAE

EX RECENSIONE

J. C. SCHMITTII.



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCCLXXXXVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

PRAEFATIO.

Palladii de agricultura opus frequentissime et lectitatum et transscriptum est: itaque eorum librorum manu scriptorum, quibus hoc opus continetur, numerus est paene infinitus, sed pauci a viris doctis ad rationem criticam adhuc conversi sunt. prima enim editio scriptorum rei rusticae veterum Latinorum anno 1470 Venetiis per Nic. Iensonum natione Gallum recensente Georgio Merula in lucem prodiit[1]: sed Palladii libri ex quo codice manu scripto hausti sint, non liquet. Louaniensem autem editionem anni 1474 Schneiderus dicit[2] ex codice peculiari eoque egregio exscriptam esse et multas praeclarasque lectiones in Palladio sibi exhibuisse ac reliquarum editionum vitia omnia correxisse.

De libris manu scriptis, quos Ulitius contulit, nihil cognitum est, nisi quod et in catalogo bibliothecae Heinsianae part. I p. 179 Lugd.-Batav. 1683 Palladii legimus editionem Coloniensem anni 1536 cum duobus codicibus per I. Ulitium conlatam esse[3] et in folio codici Lugdunensi, de quo infra dicetur, inserto Ulitium eo codice usum esse.

F. Sylburgius auctor editionis Commelinianae anni 1595 praeter Bruschianam contulit codices Palladii Palatinos[4]: quos, cum mense Aprili anni 1875 Romae versarer, me in bibliotheca Vaticana vel potius Palatina non repperisse doleo.

1 Gesneri praef. XLIX. — 2 Scriptorum rei rusticae veterum Latinorum tom. III praef. IX. — 3 Schneideri tom. III praef. VIII. — 4 Schneideri tom. III praef. VII.

Et de libris manu scriptis, quos se conparasse Bastianus auctor versionis Palladii Italicae (Florentiae 1605) adfirmat[1], nihil amplius constat: fortasse iidem sunt, quos Politianus ad Castigationes suas adhibuit.

C. Barthius autem usus codice manu scripto multa inde ad Palladium adnotavit[2] in opere suo, quod inscribitur Adversaria (Francofurti 1624): sed de eo codice neque ipse quidquam commemoravit neque alius nisi Gesnerus, qui a Lugdunensi illum diversum esse censebat.

Deinde I. F. Gronovius codicem Palladii Lugduno-Batavae mense augusto anni 1638 contulit eiusque lectiones margini editionis Commelinianae Abr. Gronovii adscripsit[3]: hic autem codex exstat Lugduno-Batavae in ea universitatis bibliothecae parte, quae vocatur publica[4], sub numero 102. codex est membranaceus, manu scriptus, saeculi X, minoris formae oblongae (26 × 17 cm), foliorum 134, versuum 30, scripturae inaequalis, modo minutioris modo grandioris, modo pallidae modo fuscae, et praeter Palladii opus continet Passionem S. Christinae et Vitam S. Servatii. olim fuit in bibliotheca Abbatiae Egmundanae. ipse eum contuli Wirceburgi mensibus novembri et decembri 1888 et ianuario 1889.

Vossianus autem codex, cuius lectiones ab I. Perizonio excerptas Christ. Schoettgenius adhibuit[5], idem esse videtur, quem I. Fr. Gronovius contulit, quia Lugduno-Batavae in ea universitatis bibliothecae parte, quae dicitur Vossiana, nullus Palladii liber manu scriptus adservatur[6]: Vossianum igitur cognomen errore quodam Perizonii exortum esse suspicor. quod autem Schneiderus dubitavit,

1 Schneideri tom. III praef. IX. — 2 Gesneri praef. XV, Schneideri tom. III praef. VII. — 3 Schneideri tom. III praef. VII. — 4 Catalogus librorum tam impressorum quam manuscriptorum Bibliothecae Universitatis Lugduno-Batavae cura et opera W. Senguerdii, Iac. Gronovii et I. Heymanii, Lugduni apud Batavos 1716, p. 329, num. 102. — 5 Gesneri praef. XV, Schneideri tom. III praef. VII. — 6 Cf. Catalogus libr. t. impr. q. ms. Bibl. Univ. Lugd.-Batav. s. l.

num codex, qui vocatur Vossianus, idem esset ac Gronovianus, quia nonnullae Gronovii lectiones a Perizonio adnotatae non essent, conlatio illius diligentior videtur esse quam huius: nam ceterae lectiones, quae plurimae ab utroque adferuntur, inter se plane consentiunt. ceterum codicis Lugdunensis, quo I. F. Gronovius et I. Ulitius usi sunt, folium supra commemoratum praeter illa nomina etiam haec verba continet: iussu Iac. Perizonii collatus est codex Palladii in usum Chr. Schoettgeni.

Et Cantabrigiensis codicis lectiones paucae ad priores Palladii libros ab A. Gronovio commemoratae sunt.[1]

Codices autem Palladii, quibus Iac. Gronovius ad Collectanea sua usus est[2], Italici fuisse videntur: quos non novimus.

Huc accedit, quod a Pontedera in Palladio emendando praeter alios libros etiam codices Vaticanos adhibitos esse fit mentio[3]: quo in numero an ille Vaticanus, de quo postea paululum disseretur, numerandus sit, nescio. lectiones quoque ex vetustis bibliothecae Laurentianae codicibus per amicum quemdam exscriptas Pontedera ille in usum suum convertit.[4]

Vratislaviensis autem Palladii codex bibliothecae Rhedingerianae a C. Schwarzio inspectus esse dicitur, id quod pateat ex adnotatione eius ad epistolam Palladii libro XIV praemissam[5]: sed nusquam, quod ego sciam, illius codicis lectiones reperiuntur.

Et tres libros manu scriptos ab I. Wassio conlatos esse Schneiderus obiter commemoravit[6]: quos Anglicanos fuisse probabile est.

Codicis autem manu scripti, qui hodie Erfurti in bibliotheca regia sub signo Cod. Amplon. in q^{to} 15 ad-

1 Schneideri tom. III praef. X. — 2 Geelii Catalogus librorum mss., qui inde ab anno 1741 Bibliothecae - Lugduno-Batavae accesserunt, 1852, n. 603. — 3 Gesneri praef. XLV, Schneideri tom. III praef. VIII. — 4 Gesneri praef. XLV. — 5 Gesneri praef. XV, Schneideri tom. III praef. VIII. — 6 Tom. III praef. XII.

servatur, lectiones ab I. F. Herelio excerptas A. Ernestius in secunda Gesneri editione addidit.[1] is codex chartaceus, saeculi XIV, foliorum 195, versuum 32 praeter Palladium continet Senecae (?) librum de quattuor virtutibus cardinalibus, Honorii Cosmographia imaginis mundi aliaque multa. ac Palladii opus legitur in foliis 92—166. hunc codicem ipse mensibus aprili, maio, iunio, iulio anni 1889 Wirceburgi contuli.

Vindobonensis denique codex, de quo Schneiderus disserit[2], est idem, quem Endlicherus[3] sub numero CVIII profert manu scriptum, chartaceum, saeculi XV, foliorum 205, formae paene quadratae. is in bibliotheca aulica Vindobonae sub numero 3198 adservatur. continet diversa scriptorum Latinorum poemata, ut Catulli, Petronii, Tibulli, Ovidii, Lactantii, Fortunati, Hieronymi, Claudiani, Marsupini aliorumque, in quibus sub numero XIX a folio 183 ad 186 Palladii Rutilii Tauri de Insitione Liber legitur. hunc ipse Vindobonae mense martio anni 1875 contuli. desunt triginta quattuor versus priores cum epistola Palladii ad Pasiphilum carmini praemissa.

Ex his igitur codicibus, quorum non ita magnum numerum iam Gesnerus, omnes fere Schneiderus commemoravit, plurimi aut parvi aut mullius sunt momenti ad rationem criticam, quia horum lectiones aut minime in medium prolatae sunt, ut codicum Wassii, Vratislaviensis, Iac. Gronovii, aut a coniecturis editorum discerni non possunt, ut editionis Iensonianae, Louaniensis, Coloniensis (codicum Ulitii), Commelinianae, versionis Bastiani, codicum Pontederae. Barthii autem fidem satis incertam esse inter omnes doctos constat. at codicis Lugdunensis lectiones non parvi aestimandas esse iam ex consensu I. F. Gronovii et Perizonii, qui hunc librum contulerunt

1 Gesneri praef. XXX, Schneideri tom. III praef. X. — 2 Tom. III praef. XV. — 3 Catalogus Codicum philologicorum Latinorum Bibliothecae Palatinae Vindobonensis, 1836.

perantiquum, ut est in illo catalogo Lugdunensi, quem supra bis commemoravi, sequi videtur: sed quid re vera valeat, paulo infra quaeretur aeque ac de Politiani et codicis Erfurtensis lectionibus.

Accedo ad eos codices, quos ipse primus excussi: horum quidem quattuor genera facile discernas.

Atque primum genus efficiunt tres libri manu scripti, qui ex eodem codice verbis continentibus exarato transscripti sunt et vetustate atque integritate quadam scripturae excellunt.

Ex eis est vetustissimus codex *L* i. e. Laudunensis, qui Lauduni in urbana bibliotheca sub numero 426 bis adservatur. hic codex est membranaceus, manu scriptus, saeculi IX, foliorum 120, quae notis numerorum non instructa sunt, versuum 25, formae paene quadratae. primo quaternione deficiente reliqui incipiunt his verbis: obruantur, donec munda 1, 8, 2. Palladio finito in posteriore pagina folii 115 incipit Anonymi tractatus de architectura. hunc librum ex eo codice, qui continentia verba habuerit, exscriptum esse multa docent. praeterea ipse habet *a* et apertum et clausum, *n* in textu saepissime forma, quae dicitur, capitali, *t* non raro subversum. ad summam librarius, qui hunc codicem conscripsit, satis indiligens atque indoctus fuisse videtur, id quod ex multis mendis eisque ineptis conici licet. multo posteriore autem manu quadam aliquot emendationes inter lineas adscriptae sunt itemque in textu nonnihil correctum. ego hunc codicem contuli Lauduni mense septembri anni 1874.

Omnium autem gravissimus est codex *P* i. e. Parisinus 6842 B membranaceus, manu scriptus, olim Colbertinus, saeculi X, foliorum 89, versuum 26, formae paene quadratae, quem Parisiis mense augusto anni 1874 contuli. priores duo quaterniones deficiunt, posteriores incipiunt: testaceam subterinducis 1, 39 (40), 5. huc accedit, quod quinquaginta sex folia ita sunt umore vitiata, ut eorum altera pars minime, altera carptim legi possit.

aversa pagina folii septuagesimi primi sic incipit: DIETA. Ratio observationis etc., postea legitur fragmentum commentariorum Caesaris. hic quoque codex habet *a* et clausum et apertum, *t* nonnumquam subversum, *n* saepius capitali forma aliaque, quae scripturae Merovingianae propria sunt. neque in eo codice absunt tales loci, quales eum a libro verbis continentibus scripto ortum esse demonstrant: qui cum aliquanto pauciores sint neque multa menda legantur, librarius huius codicis diligentior et rei intellegentior fuisse videtur quam Laudunensis. atque hic Parisinus cum illo Laudunensi ita consentit, ut dubitari non possit, quin ex eodem fonte fluxerit.

Tertius est codex *Q* i. e. Parisinus 6830 D membranaceus, manu scriptus, olim Puteanus, saeculi X, foliorum 60, versuum 31, formae paene quadratae, quem Parisiis mense augusto anni 1874 contuli. desiderantur autem noni libri finis, decimus, undecimus duodecimique pars magna, ex quo fit, ut aversa pagina folii quinquagesimi sexti terminetur his verbis: aerem surgere videris (9, 8, 1), quinquagesimum septimum sit vacuum, duodesexagesimum sic incipiat: inulam siccam (12, 18, 1). hic quoque liber manu scriptus umore carptim est vitiatus. ex vacuo autem folio quinquagesimo septimo efficitur illum librum, ex quo hic exscriptus est, fuisse mutilum ipsum: atque in eo verba continentia fuisse multis locis probatur. in principio autem huius Parisini codicis secunda quaedam manus perpaucos locos emendavit. ac quamquam *a* apertum, *t* subversum, *n* capitale textus non iam sunt in usu, tamen dubium non esse videtur, quin ex eodem fonte emanaverint hic codex et Laudunensis et is Parisinus, quem primo loco descripsi.

Secundi generis sunt ei codices, qui continuam habent manum secundam sed gravioribus vacant interpolationibus.

Huc pertinet *V* i. e. Vindobonensis 148, quem Endlicherus in Catalogo suo sub numero CCCXV profert membranaceum, manu scriptum, saeculi X, foliorum 88, columnarum 2, versuum 27, formae paene quadratae. post illum

autem numerum 148 legitur haec quoque inscriptio: Olim Medic. 100. atque hic quidem codex, quamquam est integer, tamen multas habet rasuras et correcturas, quae ad orthographiam et adsimulationem spectant. et quae defuerant litterae et verba, saepissime inter lineas, nonnumquam in textu adscripta sunt: hae autem interpolationes et vetustiore et recentiore manu factae sunt. atque hic codex, quamvis cum iis tribus, quos modo tractavimus, plerumque consentiat, tamen multas lectiones habet peculiares, quas alius praebet nullus. itaque non dubito hunc codicem in secundo genere numerare. contuli autem eum Vindobonae mense martio anni 1875.

Eiusdem generis codicem esse existimo Lugdunensem, de quo supra dixi, sive *G*, quia et continuas habet duas manus secundas easque alteram vetustam alteram satis recentem et nonnullas emendationes textus, qui ex illo codice Laudunensi haustus esse mihi videtur.

Tertium genus codices efficiunt et secunda quadam manu emendati et multis interpolationibus corrupti.

Ex eis est codex *S* i. e. Parisinus 6830 E membranaceus, manu scriptus, olim D. Dufresne, saeculi XI, foliorum 72, versuum 36, maioris formae oblongae, quem Parisiis mense septembri 1874 contuli. hic quoque umore vitiatus est aliqua ex parte. inest manus secunda, quae tales rasuras et correcturas fecit, quales Vindobonensis habet. multis locis interpolationes occurrunt. ex eodem fonte, ex quo codex *S* originem ducit, Erfurtensis sive *E* emanavit, id quod paene innumerabiles lectiones demonstrant: neque paucae interpolationes in eo reperiuntur peculiares. atque nonnulla sunt indicia, quibus adducor, ut codices *S* et *E* ex *G* haustos esse existimem.

Eiusdem generis est codex *T* i. e. Parisinus 6830 F, manu scriptus, partim membranaceus partim chartaceus, olim Puteanus. pars eius prior, membranacea, foliorum 80, versuum 29, maioris formae oblongae, saeculi XIII, quae Palladii libros tredecim continet, a me Parisiis mense septembri anni 1874 conlata est: posterior autem pars,

chartacea, anno Christi 1414 exarata, Varronis de eodem argumento librum tertium amplectitur. in hoc quidem codice Palladii uno tituli ante singula capita omissi sunt. inest autem manus secunda ac plures inveniuntur correcturae atque interpolationes, quas codex *S* non habet.

Est denique in eodem genere numerandus codex *F* i. e. Florentinus sive Laurentianus 47, 433, membranaceus, manu scriptus, saeculi XIII, foliorum inscriptorum 57, columnarum 2, versuum 36, formae paene quadratae, quem Florentiae mense aprili anni 1875 contuli. cuius postremi folii scriptura ita evanuit, ut vix legi possit. atque insunt multae interpolationes.

Quartum genus est id, cuius codices licentia atque interpolationibus scatent.

In eo numero est codex Vaticanus 2193, membranaceus, manu scriptus, saeculi XV, foliorum 156, columnarum 2, versuum 52, magnae formae oblongae, quo non solum Palladii de praeceptis rei rusticae siue de agricultura libri tredecim sed etiam alia eaque diversa continentur, ut Lucii Apuleji Madaurensis De deo Socratis aliaque, Ciceronis Orationes pro M. Marcello et Q. Ligario, Iulii Frontini Strategematon libri IV, Flavii Vegetii Epitomes rei militaris libri V, Anonymi observationes quaedam super agricultura. ac Palladius quidem incipit a fol. 118 pag. 2 col. 2 et terminatur fol. 150 pag. 1 col. 2. initiales litterae singulorum Palladii librorum auro atque intus picturis ornatae sunt. huius codicis eam partem, quae Palladium conplectitur, ad eundem librum, ex quo codices secundi et tertii generis originem traxerint, reducendam esse ex pluribus locis apparet. sed quod nihil momenti huic codici Romae mense aprili anni 1875 aliqua ex parte a me conlato concedendum esse censeo, lectiones eius in apparatum criticum proferre supervacaneum esse mihi videtur.

Eiusdem generis eum quoque fuisse puto codicem, quo Vincentius in Speculo suo naturali conscribendo[1] usus

1 Schneideri tom. III praef. X.

est, atque huius libri Schneiderus adtulit multas lectiones, quae textum Palladii a Vincentio insuper retractatum et emendatum esse docent.

Ex tertio autem codicum genere editiones *i* i. e. Iensonianam, *a* i. e. Aldinam, *c* i. e. Commelinianam, quarum lectiones ipse excerpsi, fluxisse constat.

Lectiones, quas praebet *p* i. e. Politianus, efficiunt aut codices (Florentinos), ex quibus hausit, iam interpolatos fuisse aut ab illo ipso factas esse coniecturas: itaque codices Politiani in quarto genere videntur esse numerandi. has lectiones ex editionibus Gesneri et Schneideri addo.

Iam transeo ad eos codices, qui Palladii librum decimum quartum sive metricum continent.

Omnes illi manu scripti, quos supra tractavi, librum metricum non praebent praeter *A* i. e. Vindobonensem 3198, de quo quae huc pertinent, iam in medium protuli.

Idem liber metricus continetur codice *B* i. e. Vindobonensi 4772, quem Endlicherus[1] sub numero CCLXXXV inducit chartaceum, saeculi XVI ineuntis, diversarum manuum, foliorum 377, minoris formae oblongae, cum inscriptione Palladii Rutilii Tauri Emiliani de Insitione arborum carmen ad Pasiphilum virum doctissimum, quod ego Vindobonae mense martio anni 1875 contuli: atque is inter lineas manum secundam habet et epistola ad Pasiphilum sive Praefatio deest.

Codex *C* i. e. Florentinus sive Laurentianus 47, 24, membranaceus, manu scriptus, saeculi XV, foliorum inscriptorum 141, minoris formae paene quadratae, totum Palladii opus cum libro metrico complectitur. tertii autem generis, de quo supra disserui, esse videtur, cum priores libri, quod cognoverim, multas interpolationes prae se ferant. praeterea hic codex plures lituras habet atque pictura in principio et initialibus litteris singulorum librorum auratis pictisque instructus est. cuius

1 Catalogus etc. Vindob. 1836.

librum metricum Florentiae mense aprili anni 1875 contuli.

Codex *D* i. e. Florentinus sive Laurentianus 53, 15, chartaceus, manu scriptus, saeculi XV, foliorum 179, minimae formae oblongae, continet: I Donati breviatio Ovidii. II Anonymi vitae Ovidii aliorumque. III Asconii adnotationes ad Ciceronis orationes quasdam. IV Anonymi de deminutivis nominibus Opus. V Anonymi Commentarius in Vergilii Priapeiam. VI Palladii de arte insitionis Libellus, praevio Prologo, ut in Codice XXIV Plut. XLVII (*C*). VII Fenestellae de Romae Magistratibus Liber. VIII Alia Ovidii vita incerti auctoris. Palladii autem liber incipit a folio 127 et aliquot locis sesundam manum praebet. hunc Florentiae mense aprili anni 1875 contuli.

Codex *H* i. e. Vaticanus 5245, chartaceus, manu scriptus saeculi XV, foliorum 213, praeter alia conprehendit a folio 85 usque ad folium 91 Palladij Rutilij Tauri aemiliani ad Pastellum de Insitione librum, quem Romae mense aprili anni 1875 contuli.

Ex his codicibus *C* cum vulgari lectione, quae usque ad Schneiderum in editionibus legitur, exceptis nonnullis rebus parvulis plane consentit: itaque haec ex illo fluxisse videtur. neque multum ab eo codex *B* discrepat. sed codices *A* et *D* et *H*, qui inter se concordant, plures lectiones habent, quae hos ab alio eoque meliore fonte emanasse quam illos indicent: aliquotiens sane occurrunt in codice *D* lectiones ab *A* et *H* diversae, quae arbitrariae correctiones videntur. atque multo magis quam *D* codices *C* et *B* tali libidine corruptos esse perspicuum est.

Itaque ei codices, qui Palladii de insitione librum continent, in tria genera dividenda esse existimo: quorum optimum genus ex codicibus *A* et *H* constat, in secundo *D* numerandus est, ex deterrimis sunt *C* et *B*.

Neque praetermittendum est littera *g* Gesneri editionem anni 1774 et *s* Schneideri 1795 significari, item varias codicum manus numeris, qui litteris adscripti sunt, ut adsolet.

Ad extremum de orthographia haec addo, me scripturam codicum vetustissimorum i. e. *LPQ* universam persequi sed neque horum neque ceterorum discrepantias huiusmodi omnibus locis singulatim proferre. neque habeo, quod illos tam multos et tam manifestos errores grammaticos, qui a Palladio homine satis erudito abhorrent, ut transiebant, oblinibis, mittes et misces aliaque, depravatae monachorum, qui libros Palladii plerumque ad suum ipsorum usum scripserunt, consuetudini loquendi tribuendos esse demonstrem: qui quam maxima fieri poterat diligentia ac moderatione correcti sunt, sed propter eos prima rectaque lectio non paucis locis reperiri uix potest.

Scripsi Virceburgi mense aprili anni 1897.

NOTAE.

L = codex Laudunensis 426 bis, saec. IX.
P = codex Parisinus 6842 B, saec. X.
Q = codex Parisinus 6830 D, saec. X.
G = codex Lugdunensis 102, saec. X.
V = codex Vindobonensis 148, saec. X.
S = codex Parisinus 6830 E, saec. XI.
T = codex Parisinus 6830 F, saec. XIII.
F = codex Florentinus sive Laurentianus 47, 33, saec. XII
E = codex Erfurtensis sive Amplonianus 15, saec. XIV.

H = codex Vaticanus 5245, saec. XV.
A = codex Vindobonensis 3198, saec. XV.
D = codex Laurentianus 53, 15, saec. XV.
C = codex Laurentianus 47, 24, saec. XV.
B = codex Vindobonensis 4772, saec. XVI.

p = lectiones Politiani, 1480—1494.
i = editio Iensoniana, 1482.
a = editio Aldina, 1514.
c = editio Commeliniana, 1595.
g = editio Gesneriana, 1774.
s = editio Schneideriana, 1795.

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI
VIRI INLVSTRIS
OPVS
AGRICVLTVRAE.
LIBER PRIMVS.

TITVLI.

1 PALLADI *VG*, DE GENERALI P̄CEPTO AGRICVLTVRE. PALLADII *S* | RUTILI *VS*, RUTULI *G*, *omittit E* | EMILIANI *QT* || 3 De *V* || 4 AGRICULTVRE *V*, AGRICULTURE *F* | INCIPIT FELICITER *addunt QVSG*, INCIPIT *TEF* || 6 TITVLI (TITULI) LIBRI PRIMI *QSVF*, Incipiunt tituli *T*, Incipiunt capitula primi libri *E*, TITVLI—agrestium *om. c* || 8 consistit agricultura *T* || 13 uel (et) *s*, et *ia*, uel situ *om. E* || 15 estiuis et hybernis *T* || 17 arana *G* (h *superscript.*) || 20 et canniciis *gs*
(*De codicibus P et L uideas praefationem.*)

1 deliqui *E* || 7 tabulis *Q* || 8 curte *Fg*, curte (corte) *s* || 9 auariis *V*, aluiariis *gs* || 10 columbariis *ia*, columbario (columbariis) *s* || 15 phasianis *a*, fasianis (phasianis) *s* || 18 finili *VG* || 19 sterculuno *T*, sterquilinio *Eiags* || 20 pomario *g*, pomario (pomarii) *s* || 21 serendi tempore *ia*, serendo (serendi tempore) *s* || 22 horti *ia*, *hunc titulum totum omittit g, includit s* || 24 De uasculis apium formandis *addit a cum signo novi capitis* || 27 calidaria et frigidaria *ia*, calidae et frigidae (calidaria et frigidaria) *s*.

DE PRAECEPTIS REI RVSTICAE.

Pars est prima prudentiae ipsam, cui praecepturus I
es, aestimare personam. neque enim formator agricolae debet artibus et eloquentia rhetores aemulari, quod a plerisque factum est: qui dum diserte loquuntur rusticis, adsecuti sunt, ut eorum doctrina nec a disertissimis possit intelligi. sed nos recidamus praefationis moram, ne, quos reprehendimus, imitemur. dicendum autem nobis est, si diuina fauerint, de omni 2
agricultura et pascuis et aedificiis rusticis secundum fabricandi magistros et aquae inuentionibus et omni genere eorum, quae uel facere uel nutrire oportet agricolam ratione uoluptatis et fructus, suis tamen temporibus per uniuersa distinctis. sane in primis hoc servare constitui, ut eo mense, quo ponenda sunt singula, cum sua omni exequar disciplina.

DE QVATTVOR REBVS, QVIBVS AGRICVLTVRA CONSISTIT.

Primo igitur eligendi et bene colendi agri ratio II
quattuor rebus constat, aere, aqua, terra, industria. ex his tria naturalia, unum facultatis et uoluntatis est. naturae est, quod in primis spectare oportet, ut eis locis, quae colere destinabis, aer sit salutaris et clemens, aqua salubris et facilis, uel ibi nascens uel adducta uel imbre collecta, terra uero fecunda et situ commoda.

1 *Tgs titulos ante singula capita omittunt* || 3 sis Q^2 (*in margine*) *iacgs* | extimare *i* || 4 rhetoris *QV* || 6 asequuti *G*, hoc assequuntur *s* | 7 a peritissimis *s* || 9 a nobis *G* | est *omittit E* | fauerit dementia *V* || 11 et aquae *V in rasura*, earumque *Q*, eorumque *iac* || 13 ususfructus *ia* || 14 de (*pro* in) Q^2 *supra* | pomis *QSTGF*, impomis *V*, uel in primis *S in margine* || 21 est *omittunt Gacgs* || 22 natura *G* | spectari *G*, exspectare *T* | 23 salubris *p*, naturalis *E* || 24 aliunde (*ante* adducta) *inserit* G^3

DE AERIS PROBATIONE.

III Aeris igitur salubritatem declarant loca ab infimis uallibus libera et nebularum noctibus absoluta et habitatorum considerata corpuscula, si eis color sanus, capitis firma sinceritas, inoffensum lumen oculorum, purus auditus, fauces commeatum liquidae uocis exercent. hoc genere benignitas aeris adprobatur. his autem contraria noxium caeli illius spiritum confitentur.

DE AQVA PROBANDA.

IIII Aquae uero salubritas sic agnoscitur. primum ne a lacunis aut palude ducatur, ne de metallis originem sumat, sed sit perspicui coloris neque ullo aut sapore aut odore uitietur, nullus illi limus insidat, frigus tepore suo mulceat, aestatis incendia frigore moderetur. sed quia solet his omnibus ad speciem custoditis occultiorem noxam tectior seruare natura, ipsam quoque

2 ex incolarum salubritate noscamus. si fauces bibentium purae sunt, si saluo capite in pulmonibus ac thorace aut nulla est aut rara causatio. nam plerumque has noxas corporis ad inferiorem partem, quae supra sunt corrupta, demittunt, ut uitiato capite ad pulmones uel stomachum morbi causa decurrat: tunc culpandus aer potius inuenitur. deinde si uenter aut uiscera uel latera uel renes nullo dolore aut inflatione

3 liber V^1. a *addit* V^2 | et nebularum noctibus absoluta *omittit* *T* ‖ 4 si enim (*pro* si eis) *p* ‖ 6 si fauces *T*, [et si] fauces *cg*, et si fauces *as* | emittunt *p* ‖ 7 his autem — confitentur *om.* *E* ‖ 10 cognoscitur *G* ‖ 11 aut a palude *acgs* | deducatur *pi* ‖ 13 ibi (*pro* illi) *E*, ei *F* | insideat *SE* | tempore *pi* ‖ 14 frigore *om.* *i*, rigore *habent* *TEF*, suo frigore *p* ‖ 15 omnibus his *E* | specimem *G* ‖ 17 ex *in rasura* *V* | cognoscamus *E* ‖ 18 aut thorace *G* ‖ 19 acusatio *Q* ‖ 21 dimittunt Q^1 *V*, demittunt Q^2, dimittant *F* | aut (*pro* ut) *E*, ut si *T*, sed ut *i*, sed si *s*, ut — decurrat *includit* *g* ‖ 22 pulmonem *i* ‖ 23 inueniatur *T*

uexantur, si uitia nulla uesicae sunt. haec atque his similia si apud incolas pro maiori parte constare uideris, nec de aere aliquid nec de fontibus suspiceris.

DE QVALITATE TERRARVM.

In terris uero quaerenda fecunditas, ne alba et V
nuda sit gleba, ne macer sabulo sine admixtione ter-
reni, ne creta sola, ne harenae squallentes, ne ieiuna
glarea, ne aurosi pulueris lapidosa macies, ne salsa
uel amara, ne uliginosa terra, ne tofus harenosus at-
que ieiunus, ne uallis nimis opaca et solida, sed gleba
putris et fere nigra et ad tegendam se graminis sui
crate sufficiens aut mixti coloris, quae etsi rara sit.
tamen pinguis soli adiunctione glutinetur. quae pro- 2
tulerit, nec scabra sint nec retorrida nec suci naturalis
egentia. ferat, quod frumentis dandis utile signum
sit, ebulum, iuncum, calamum, gramen, trifolium non
macrum, rubos pingues, pruna siluestria. color tamen
non magno opere quaerendus est, sed pinguedo atque
dulcedo. pinguem sic agnosces. glebam paruulam dulci 3
aqua consparges et subiges: si glutinosa est et ad-
haeret, constat illi inesse pinguedinem. item scrobe
effossa et repleta, si superauerit terra, pinguis est,
si defuerit, exilis, si conuenerit aequata, mediocris.
dulcedo autem cognoscitur, si ex ea parte agri, quae

1 uexentur *ia* | et (*pro* atque) *Fp* | his *omittunt VSTGEp* || 2 maiore S^1E || 5 quaerenda est *E* | aut nuda *E* || 6 terrena E^2 | 7 ne creta sola *om. E*, nec creta sola *habet F* | nec arene *E* | nec ieiuna *E* || 8 aut aurosi *E*, ne arenosi G^3 *supra* | acies *cum rasura* G^1, macies G^3 *supra* || 9 amant *F* | uel ulig. *T*, ne ligniosa *F* || 10 squalida (*pro* solida) G^3 *supra* | se (*pro* sed) *G* || 12 raritate (*pro* crate) *E* || 14 nec *ante* ret. *om. p* | retorta *i* || 15 ferat *om. p*, egentia ferat. Quod *habet a* || 16 est *GEiacgs* || 17 nanque (*pro* tamen) *a* || 18 magnopere *GEi* | 19 agnos Q^1, cis *addit supra* Q^2, agnoscis *SGEiacgs* | parum *p* | 20 conspargis *Q*, conspergis *SGETa*, cum spargis *icgs* | subiges *V*, subigis *ceteri*

magis displicet, glebam fictili uase dulci aqua made-
4 factam iudicio saporis explores. uineis quoque utilem
per haec signa cognosces. si coloris et corporis rari
aliquatenus atque resoluti est, si uirgulta, quae pro-
tulit, leuia, nitida, procera, fecunda sunt, ut piros
siluestres, prunos, rubos, ceteraque huiusmodi neque
intorta neque sterilia neque macra exilitate languentia.
5 situs uero terrarum neque planus, ut stagnet, neque
praeruptus, ut defluat, neque obrutus, ut in imum
deiecta ualle subsidat, neque arduus, ut tempestates
inmodice sentiat et calores: sed ex his omnibus utilis
semper est aequata mediocritas et uel campus aper-
tior et umorem pluuium cliuo fallente subducens uel
collis molliter per latera inclinata deductus uel uallis
cum quadam moderatione et aeris laxitate summissa
uel mons alterius culminis defensus obiectu et a mo-
lestioribus uentis liber auxilio aliquo uel sublimis,
6 asper, sed nemorosus et herbidus. sed cum sint genera
terrarum plurima, ut pinguis aut macra, spissa uel
rara, sicca uel umida et ex his pleraque uitiosa, tamen
propter seminum differentiam saepe necessaria maxime,
sicut supra dixi, eligendus est pinguis ac resolutus
ager, qui minimum laborem petit, fructum maximum
reddit. secundi meriti est spissus, qui labore quidem
maximo, tamen ad uota respondet. illud uero deter-
rimum genus est, quod erit siccum simul et spissum
et macrum uel frigidum: qui ager pestiferi more
fugiendus est.

1 madefacta *Q* ‖ 2 de terra in qua ponenda est vinea *addit G[3] in margine* | utilia *T*, terram *addit G[3] supra* ‖ 3 cognoscis *SGE* ‖ 6 prunus *V*, pirus siluestris, prunus, rubus *p* ‖ 7 linguentia *V[1]* ‖ 9 in unum *T* ‖ 10 subsideat *SE* ‖ 12 et aequata *QVGTFp*, et exaequata *SE* ‖ 17 aliquo liber auxilio *VGSTFacg*, aut quolibet exilio *E* | nec uel sublimis uel asper *SE* ‖ 19 aut pinguis *V* ‖ 21 necessariam *Qiac* ‖ 22 dixi *om. E* ‖ 23 laborem minimum *T* | poscit *Eacgs* | et fructum *iacgs* ‖ 25 teterrimum *V* ‖ 27 pestifero *E*

DE INDVSTRIA ET NECESSARIIS AD RVRA SENTENTIIS.

Sed ubi haec, quae naturalia sunt neque humana VI
ope curari possunt, diligentius aestimaris, exequi te
conuenit partem, quae restat industriae: cuius haec
erit cura uel maxima, ut has, quas subieci, ex omni
opere rustico in primis debeas tenere sententias. prae-
sentia domini prouectus est agri. color terrae non
magno opere desideretur, qui bonitatis incertus est
auctor. genera omnium surculorum uel frugum prae- 2
clara, sed terris tuis experta, committe. in nouo enim
genere seminum ante experimentum non est spes
tota ponenda. locis umidis semina citius quam siccis
degenerant: quare subinde succurrat electio. ferrarii,
lignarii, doliorum cuparumque factores necessario
habendi sunt, ne a labore solenni rusticos causa de-
siderandae urbis auertat. locis frigidis a meridie uineta
ponantur, calidis a septentrione, temperatis ab oriente
uel, si necesse sit, occidente. operarum ratio unum 3
modum tenere non potest in tanta diuersitate terra-
rum: et ideo soli et prouinciae consuetudo facile osten-
det, qui numerus unamquamque rem faciat, siue in
surculis siue in omni genere satorum. quae florent,
constat non esse tangenda. bene eligi serenda non
possunt, nisi hoc officium prius eligens adsumat. in
rebus agrestibus maxime officia iuuenum congruunt,

2 sententiis ad rura *E* ‖ 3 haec *om. E* ‖ 4 curare G^1 | aestimaris exsequi V^1, aestimari et exsequi QV^2, estimari, exequi E^1, estimaueris exequi E^2, extimaueris exequi *i*, aestimaueris, exequi *a*, aestimaueris, exsequi *cgs* ‖ 6 uel *om. E* 7 rustice *Q* | imprimis *T* | magnopere *GEgs* ‖ 9 bonitatis *om. p*, benignitatis *habent SE* ‖ 10 sulcorum E^1, omnium non surculorum *V* | fruticum *V* ‖ 14 degenerantur *E* ‖ 15 lignarii ferrarii *T* | necessarii *T* ‖ 17 De positione vinearum *addit* G^3 *in margine* ‖ 19 ab occidente S^1Es ‖ 21 ido G^1 | ostendit *a* 22 quis numerus *p*, quis modus *i* | faciet V^1, facit G^1 25 electus *VSTFGEs*

4 imperia seniorum. in uitibus putandis tria consideranda sunt, fructuum spes, successura materies, locus, qui seruet ac reuocet. uitem si maturius putes, plura sarmenta, si serius, fructus plurimos consequeris. de locis deterrimis sicut arbores, ita uites conuenit ad meliora transferre. post bonam uindemiam strictius, post exiguam largius puta. in omni opere inserendi, putandi ac recidendi, duris et acutis utere ferramentis. in uite uel arbore, quae facienda sunt, perage ante apertionem floris et gemmae. in uineis aratro praetermissa fossor emendet. locis calidis, siccis, apricis, pampinandum non est, cum magis uitis optet operiri. et ubi uineas uulturnus exurit aut flatus aliquis regionis inimicus, uitem tegamus straminibus uel aliunde
5 quaesitis. ramus laetus, uiridis et sterilis in media olea abscidendus est, uelut totius arboris inimicus. sterilitas et pestilentia aequo modo fugiendae sunt, uel si secum utraeque non fuerint. in pastinato solo inter nouellas uites omnino nihil est conserendum. Graeci iubent exceptis caulibus, tertio anno, quae libebit, iniungere. omnia legumina Graecis auctoribus seri iubentur in sicca terra: faba tantummodo in umida
6 debet aspargi. domino uel colono confinia possidenti, qui fundum uel agrum suum locat, damnis suis ac litibus studet. in agro periclitantur interiora, nisi colantur extrema. omne triticum solo uliginoso post tertiam sationem in genus siliginis commutatur. tria

1 De putatione vinearum *addit* G^3 *in margine* || 3 Si uitem *E* | 5 teterrimis *VQT* | homines (*pro* uites) *QVFi*, hominis *G* || 7 latius *iacgs* || 10 quae in uineis aratro praetermissa sunt *V*, quae inuenies aratro praetermissa *p* || 11 De pampinatione vinearum *addit* G^3 *in margine* || 12 uites *E* | oportet *QE* || 13 regioni *TG* (*cum rasura*) *gs* || 15 lentus *E*, [laetus] *c* | medio oleae *E* || 16 abscindendus *Qicgs* | uelud *E* | 17 fugienda *i* || 18 uel si secum utraeque non fuerint *om. iacg* | solo *om. E* || 21 libet *E* || 23 terra iubetur (*pro* debet) *p* | spargi *iacgs* || 25 exteriora *E* | 26 in solo *acgs* | 27 silignis *G*, saliginis *i*

mala aeque nocent, sterilitas, morbus, uicinus. qui 7
terram sterilem uineis occupat, et laboribus suis et
sumptibus est inimicus. campi largius uinum, colles
nobilius ferunt. aquilo uites sibi obiectas fecundat,
auster nobilitat. ita in arbitrio est, plus habeamus
an melius. necessitas feriis caret. quamuis temperatis
agris serendum sit, tamen si siccitas longa est, semina
occata tutius in agris quam in horreis seruabuntur.
uiae malitia aeque et uoluptatis et utilitatis aduersa
est. qui agrum colit, grauem tributis creditorem pati- 8
tur, cui sine spe absolutionis obstrictus est. qui arando
crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus
derogat, terrae ubertatem infamat. fecundior est
culta exiguitas quam magnitudo neglecta. nigras uites 9
omnino repudies nisi in prouinciis et eius generis, quo
acinaticium fieri consueuit. longius adminiculum uitis
incrementa producit. teneram et uiridem uitem ferri
acie ne recidas. omnis incisura sarmenti auertatur a
gemma, ne eam stilla, quae fluere consueuit, extinguat.
pro macie uel soliditate uitium nutrienda sarmenta
putator iniungat. terra profunda, quod Graeci adserunt, oleae grandes arbores efficit, fructus minores
et aquatos ac seros magisque amurcae proximos. aer
oleas tepidus iuuat et uentis mediocribus sine ui et
horrore perflabilis. uitis, quae ad iugum colitur, per 10

1 sunt quae (*pro* aeque) *E* | De terra sterili vinearum etc. *addit* G^3 *in margine* || 2 latoribus G^1, lateribus G^3 || 3 iniquus *SE*, inicus *F* || 4 De aere et celo quae vineis convenit etc. *addit* G^3 *in margine* || 5 in arbitrio nostro *Gacgs* utrum plus *cg*, [utrum] plus *s* || 6 nobilitas *F* || 8 locata *a* || 9 uiae *om. p*, uia *habent VE* | malitiae *Q*, malitiae aeque *V*, malitia a quae uol. *p* | et uoluptati S^2 *supra*, *TFGacgs* | et utilitati S^2 *supra*, *TFGacgs*, et aequitati S^1. *om E* || 10 tributi *G* || 11 est obstrictus *S*, astrictus *iacgs* || 13 erogat Q^1 | uber *VTG* || 14 De probatione vitium *addit* G^3 *in margine* || 15 et *om. SE*, in quibus *habet a* || 16 acinatium *VSTE*, acinacium (ti *eras.*) *G* | consueuit fieri *T* || 18 De incisione vinearum seu putatione etc. *addit* G^3 *in margine* || 21 mittigat *E* || 24 olera *E* | uentus mediocris *a*

aetates ad hoc perducenda est, ut locis molestioribus quattuor pedibus a terra, placidioribus uero septem summitas eius insurgat. hortus, qui caelo clementi subiacet et fontano umore percurritur, prope est, ut liber sit et nullam serendi disciplinam requirat. subligatio acerbis uuis facienda est, quando excutiendi
11 aut rumpendi acini nulla formido est. ligatura in uitibus locum debet mutare, ne unum semper adsiduitas conterat uinculorum. fossorem si apertus uitis oculus uiderit, caecabitur spes magna uindemiae: et ideo, dum est clausa, fodietur. terrae altitudinem cum fecunditate, si ad frumenta, duobus pedibus explora, quattuor uero, si ad arbusta uel uites. uitis nouella, ut facile incrementum dilecta consequitur, ita interi-
12 tum celerem, si neglegatur, incurrit. modum tene aestimatis facultatibus tuis in adsumptione culturae, ne superatis uiribus excedente mensura turpiter deseras, quod arroganter adsumis. semina plus quam annicula esse non debent, ne uetustate corrupta non prodeant. frumentum collis quidem grano robustius, sed mensurae minus refundet. omnia, quae seruntur, crescente luna et diebus tepidis sunt serenda. nam
13 tepor euocat, frigus includit. si tibi ager est siluis inutilibus tectus, ita eum diuide, ut loca pinguia puras reddas nouales, loca sterilia siluis tecta esse patiaris, quia illa naturali ubertate respondent, haec beneficio laetantur incendii. sed sic urenda distingues, ut ad incensum agrum post quinquennium reuertaris. ita

1 aetatem *a* | producenda *i* ‖ 2 a terra *om. E* ‖ 4 ut *om. i* ‖ 5 De ligatura vinearum *addit G*[3] *in margine* ‖ 6 aceruis *Q* ‖ 7 ac in nulla *QV*, acini ulla *T* | reformido *V* ‖ 8 mutare debet *E* ‖ 9 De fossione vinearum *addit G*[3] *in margine* ‖ 10 et *om. Ei* ‖ 11 clausus *acgs* | fodiatur *SEa* ‖ 14 culta *p* ‖ 15 facilem uel celerem *E* ‖ 16 existimatis *E* ‖ 17 excidente *QV* ‖ 18 De seminibus *addit G*[3] *in margine* ‖ 20 quidem *om. i, incl. s* ‖ 22 luna crescente *E* | tepedis *G* ‖ 23 tepore uacat *V*, tepor reuocat *E*, tepor uocat *i* ‖ 24 uti *Q* ‖ 27 si curanda *V* ‖ 28 quiennium *Q*

efficies, ut aequaliter uel sterilis gleba cum fecunditate contendat. Graeci iubent oliuam, cum plantatur et 14
legitur, a mundis pueris atque uirginibus operandum, credo, recordati arbori huic esse praesulem castitatem. nomina frumentorum superfluum est praecipere, quae aut loco subinde aut aetate mutantur. hoc satis est, ut eligamus praecipua in ea regione, quam colimus, uel exploremus aduecta. lupinus et uicia pabularis, si uirides succidantur et statim supra sectas eorum radices aretur, stercoris similitudine agros fecundant: quae si ex se aruerint, antequam proscindas, in his terrae sucus aufertur. ager aquosus plus stercoris quaerit, siccus minus. calidis, maritimis, siccis, 15
apricis, campestribus locis omne opus uinearum maturius inchoetur, frigidis, mediterraneis, umidis, opacis, montanis locis tardius: quod non solum de mensibus aut diebus dixerim, sed etiam horis operandi. omne opus rusticum, cum fieri praecipitur, neque cito est, si ante quindecim dies, neque tarde, si post quindecim fiat. frumenta omnia maxime laetantur patenti campo et soluto et ad solem reclini. spissa 16
et cretosa et umida terra bene far et triticum nutrit. hordeum agro soluto delectatur et sicco: nam si in lutoso spargatur, inmorietur. trimenstris satio locis frigidis, niuosis conuenit, ubi qualitas aestatis umecta est, ceteris raro respondet euentu. semen trimenstre

1 fecunda *Qacg* || 4 recordate *E*, recordari *i* | praesulem esse *G*, castitatem praesulem *E* || 8 aut expl. *V* || uitiae pabulares *QT* || 11 si exaruerint *SEacgs* | proscindes G^1, proscindantur *E* || 12 auferetur *E* | De spe vinearum *addit* G^3 *in margine* | ager *om.* *Q* || 14 opus *om.* E^1 || 15 inchoatur *E* || 17 etiam *omittunt codices et i*, sed [etiam de] horis *cg*, sed etiam de horis *as* || 19 post quindecim dies VS^1E || 21 recliuo *E*, recliui *iacgs* || 23 agro *om. codices et i* | in lutoso agro *codices et i* || 24 spargitur *T*, nam in lutoso sparsum *a* | inmorietur *Q*, immorietur *SE*, morietur *VTGi*, immoritur *F*, moritur *acgs* | trimestris *acgs* || 25 rubosis *Q*, humosis *F*, [et] nivosis *cgs*, et niuosis *a* || 26 trimestre *acgs*

locis tepidis melius respondebit, si seratur autumno:
si necessitas coget de salsa terra sperare aliquid, post
autumnum plantanda est uel conserenda, ut malitia
eius hibernis imbribus eluatur. aliquid etiam terrae
dulcis uel arenae fluuialis subiciendum est, si illi uir-
17 gulta committimus. seminarium mediocri terra insti-
tuere debemus, ut ad meliorem, quae sata fuerint,
transferantur. lapides, qui supersunt, hieme rigent,
aestate feruescunt. idcirco satis arbustis et uitibus
nocent. terra, quae circa arbores mouetur, ita est
uicibus permutanda, ut ei, quae in summo fuerat, ima
18 succedat. in laetandis arboribus crates faciemus ter-
ram prius trunco admouentes et mox laetamen, ut sic
opus natura beneficii alternante cumuletur. agri prae-
sulem non ex dilectis tenere seruulis ponas, quia fidu-
cia praeteriti amoris ad inpunitatem culpae praesentis
spectat.

DE AGRI ELECTIONE VEL SITV.

VII In eligendo agro uel emendo considerare debebis,
ne bonum naturalis fecunditatis colentium deprauarit
inertia et in degeneres surculos uber soli feracis ex-
penderit: quod quamuis emendari possit insitione me-
liorum, tamen harum rerum sine culpa melior usus
2 est quam cum spe corrigendi serus euentus. in semi-
nibus ergo frumentorum praesens emendatio potest

2 cogit *VSGE* | et de salsa terra *G*, in salsa terra *acgs* | sperari *QSTGEF*, aliquid operari *acgs* || 3 extremo autumno *acgs* || 8 insuper sunt *a* || 10 nocent. quid enim latenti prosunt in terris calidis et siccis: dummodo eis terra subsit *i*, nocent; quae tamen latentia prosunt in terris calidis et siccis, dummodo eis terra supersit *s* | De fossione arborum *addit* G^3 *in margine* || 11 fuerit *SE* || 12 letaminandis *SE* || 14 nature beneficio *T*, natura beneficiis *E*, naturae beneficio *Gac* || 15 tenere *V in rasura*, temere *F*, ex dilectis care et tenere *T*, ex dilectis et tenere educatis *ia*, ex dilectis [et] tenere [educatis] *cgs* | fiduciam *i* || 16 ad *om. acgs* || 17 expectat (exspectat) *omnes* || 18 LECTIONE *Q* || 20 deprauauerit *VTGEiacgs* || 21 inhercia *E* || 22 insatione *V* || 25 poterit *iacgs*

esse. in uinetis maxime considerandum atque uitandum est, quod plerique fecerunt studendo famae tantum et latitudini pastinorum semina uitium statuentes uel sterilia uel saporis indigni: quod grandi tibi labore constabit, ut corrigas, si agrum conpares uitiis talibus occupatum. positio ipsius agri, qui eligendus est, 3
ea sit. in frigidis prouinciis orienti aut meridiano lateri ager esse debet obpositus, ne alicuius magni montis obiectu his duabus partibus exclusis algore rigescat aut per partem septemtrionis remoto aut per occidentis in uesperam sole dilato. in calidis uero prouinciis pars potius septemtrionis optanda est, quae et utilitati et uoluptati et saluti aequa bonitate respondeat. si uicinus est fluuius, ubi statuimus fabri- 4
cae sedem parare, eius debemus explorare naturam, quia plerumque, quod exhalat, inimicum est, a quo, si talis sit, conueniet refugere conditorem. palus tamen omni modo uitanda est, praecipue quae ab austro est uel occidente et siccari consueuit aestate, propter pestilentiam uel animalia inimica, quae generat.

DE AEDIFICIO.

Aedificium pro agri merito et pro fortuna domini VIII
oportet institui: quod plerumque inmodice sumptum difficilius est sustinere quam condere. ita igitur aestimanda eius est magnitudo, ut, si aliquis casus incurrerit, ex agro, in quo est, unius anni aut ut multum biennii pensione reparetur. ipsius autem praetorii situs 2

1 De electione agri vinearum *addit G^3 in margine* | in uineis *iacgs* | considerandum est atque uitandum *E* ‖ 3 pastinatorum *G* ‖ 5 uitibus *SE* ‖ 8 debet esse *E* ‖ 9 montis magni *E* | exclusus *s* | algor erigescat *V* ‖ 10 remotio *Q* ‖ 13 salutati *Q* | 14 fabricae *om. p* ‖ 16 exalat *QVF*, halat G^1 ‖ 18 omnino *E* | ab Austro vel et Occidente *p* ‖ 22 pro merito agri *E* ‖ 23 institui oportet *E* | suptum *V* ‖ 24 cadere *E* | extimanda *i* ‖ 25 est eius *EFacgs* | 26 ut *omittunt codices*, [ut] multum *habent cg* ‖ 27 reparet *Q*

sit loco aliquatenus erectiore et sicciore quam cetera propter iniuriam fundamentorum et ut laeto fruatur aspectu. fundamenta autem hoc modo ponenda sunt, ut latiora sint ex utraque parte semipedis spatio, quam parietis corpus increscet. si lapis uel tofus occurrat, facilis causa est conlocandi, in quo sculpi tantum fundamenti forma debebit, unius pedis altitudine uel duorum. si solida et constricta inuenietur argilla, quinta uel sexta pars altitudinis eius, quae supra terram futura est, fundamentis deputetur. quod si terra laxior fuerit, modo maioris altitudinis obruantur, donec munda sine ruderum suspicione occurrat argilla: quae si omnino desit, quartam mersisse sufficiet. studendum praeterea, ut hortis et pomariis cingi possit aut
3 pratis. sed totus fabricae tractus unius lateris longitudine, in quo frons erit, meridianam partem respiciat in primo angulo excipiens ortum solis hiberni et paululum ab occidente auertatur hiemali. ita proueniet, ut per hiemem sole inlustretur et calores eius aestate non sentiat.

DE HIBERNIS ET AESTIVIS MANSIONIBVS ET PAVIMENTIS.

VIIII Forma tamen esse debet eiusmodi, ut ad habitationem breuiter collectas et aestati et hiemi praebeat mansiones. quae hiemi parantur ita sint con-

1 aliquanto *p* ‖ 2 et propter *SE*, [et] propter *cg* | ut et *VG* ‖ 5 parietis insuper struendi *a*, parietis [insuper struendi] *cgs*, parietes ponendi sunt. Si *p* | increscat *E* | thophi *E* ‖ 7 debebis *QVF* ‖ 8 Et si *ia*, [Et] si *cgs* | uel constr. *iacgs* | inueniatur *SE* ‖ 9 petram *E* ‖ 12 suspicatione *E* ‖ 17 solis hortum *L**) ‖ 18 paulolum L^1 | ab occidunte *E* ‖ 20 nocte (*pro* aestate) *p* ‖ 21 HIBERNO ET STATE L^1, HIBERNI ET ESTATI L^2 ‖ 22 PAUIMENTIS ET MANSIONIBUS *G* ‖ 23 huiusmodi *L* | 24 stati *L* ‖ 25 qui ae *Q*

*) *De codice L vide praefationem.*

stitutae, ut possit eas hiberni solis totus propemodum
cursus hilarare. in his pauimenta obportuna esse de-
bebunt. primum in fabricis planis earum obseruan- 2
dum est, ut aequalis et solida contignatio fiat, ne
gradus ambulantium tremor fabricae titubantis ex-
cutiat. deinde ut axes quernae cum aesculeis non
misceantur. nam quercus umore concepto, cum se
coeperit siccare, torquebitur et rimas in pauimento
faciet: aesculus autem sine uitio durat. sed si quercu 3
subpetente aesculus desit, subtiliter quercus secetur
et transuersus atque directus duplex ponatur ordo
tabularum clauis frequentibus fixus. de cerro aut fago
aut farno diutissime tabulata durabunt, si stratis super
paleis uel filice umor calcis nusquam ad tabulati cor-
pus accedat. tunc superstatuminabis rudus, id est, 4
saxa contusa duabus partibus et una calcis tempe-
rante constitues. hoc cum ad sex digitorum crassi-
tudinem feceris et regula exploraris aequale, si loca
hiemalia sunt, tale pauimentum debebis inponere, in
quo uel nudis pedibus stantes ministri hieme non
rigescant. inducto itaque rudere uel testaceo paui-
mento congestos et calcatos spisse carbones cum
sabulone et fauilla et calce permiscebis et huius in-
pensae crassitudinem sex unciis iubebis inponi: quod
exaequatum nigra pauimenta formabit et, si qua fun-
dentur ex poculis, uelociter rapta desuget. sed si 5
aestiuae mansiones sunt, orientem solstitialem et par-

2 et in his *L* || 5 ambulantum *VSG* | tremorem *Gags* || 6 asseres *i* || 7 misceatur *L*[1] | cum coeperit siccari *cgs* || 8 torquetur *codices* (*praeter G*) *et i* || 10 esculus (*pro* quercus) *E* | siccetur *GEia* || 11 duple *E* || 12 de ceraso *V*, de acerno *i* || 13 aut fraxino *i* || 14 nusquam *om. E* || 15 accedit *V*[1]*G* | totum (*pro* tunc) *E* | super statuminabis *s* | rudes *V*, ruder *E* | idem est *E* || 16 saxi contusi duas partes et cum una calcis temperatae *a* || 18 exploraueris *acgs* | aequali *V*, equales *E* || 19 hiemali *L* | debis *Q* || 23 sabulo *E* | permisces *LQVSTFGEiac* || 26 rapte *E* | desurget *Q*, defuget *F*, desugent *iac* || 27 partem et *E*

tem septemtrionis aspiciant et uel testaceum, sicut supra diximus, accipiant pauimentum uel marmora uel tesseras aut scutulas, quibus aequale reddatur angulis lateribusque coniunctis. si haec deerunt, supra marmor tusum cernatur aut harena cum calce inducta leuigetur.

DE CALCE ET HARENA.

X Praeterea scire est necessarium construenti, quae calcis et harenae natura sit utilis. harenae ergo fossiciae genera sunt tria, nigra, rufa, cana: omnes praecipuae, rufa melior, meriti sequentis est cana, tertium locum nigra possedit. ex his, quae conprehensa manu edit stridores, erit utilis fabricanti. item si panno uel linteo candidae uestis inspersa et excussa nihil
2 maculae relinquet aut sordis, egregia est. sed si fossilis harena non fuerit, de fluminibus glarea aut litore colligetur. marina harena tardius siccatur et ideo non continue, sed intermissis temporibus construenda est, ne opus onerata corrumpat: camerarum quoque tectoria salso umore dissoluit. nam fossiles tectoriis et cameris celeri siccitate utiles sunt melioresque, si statim, cum effossae sunt, misceantur. nam diutino sole aut pruina aut imbre uanescunt. fluuiales tecto-

2 aspiciant *V* ‖ 3 tessaras *E*, tesseres *i* | uel (*pro* aut) *a* | scultulas *E* ‖ 4 lateribus coni. *E* | super *V* ‖ 5 sternatur *i* ‖ 7 est scire *E* ‖ 8 fossiciae *om. E* ‖ 9 cana rufa (ruffa) *Tiacgs* | omnes praecipua *L*, oms praecipue *T*, omnes praecipue *p*, omnibus praecipuae *V*, omnibus praecipue *SG*, omnibus rufa praecipue *E*, omnium praecipue *iacgs* ‖ 11 possidet *VSTFGEiacgs* | ex iis *acgs* | compressa *acgs* ‖ 12 stridore sedit *L* | utilis erit *E* ‖ 13 linteo uel panno *SE* | inpressa *GE* | excusa *L* ‖ 14 macule *L* | relinqui *Q*, relinquit *T*, reliquerit *Eiacgs* ‖ 15 de fluminibus aut glarea *LQVSTFGEac*, de fluminibus [aut] glarea *gs* ‖ 16 congeratur *S*, colligatur *E* ‖ 17 nontinae *Q* | intermis *E* ‖ 18 honerata *V* ‖ 19 fossiles arenae *iacgs* | cementitiis parietibus (*pro* tectoriis) *acg* | et celeri siccitati *LVSTFGE*, et celeris siccitati *Q* ‖ 21 calci misceantur *Facgs*

riis magis poterunt conuenire. sed si uti necesse sit 3 maris harena, erit commodum prius eam lacuna umoris dulcis inmergi, ut uitium salis aquis suauibus eluta deponat. calcem quoque albo saxo duro uel tiburtino aut columbino fluuiali coquemus aut rubro aut spongia aut postremo marmore. qui erit ex spisso et duro saxo, structuris conuenit: ex fistuloso uero aut molliori lapide tectoriis adhibetur utilius. in duabus harenae partibus calcis una miscenda est. in fluuiali uero harena si tertiam partem testae cretae addideris, operum soliditas mira praestabitur.

DE LATERICIIS PARIETIBVS.

Quod si latericios parietes in praetorio facere XI uolueris, illud seruare debebis, ut perfectis parietibus in summitate, quae trabibus subiacebit, structura testacea cum coronis prominentibus fiat sesquipedali altitudine, ut, si corruptae tegulae aut imbrices fuerint, parietem non possint penetrare perpluvia. Deinde prouidendum est, ut siccis et asperatis parietibus latericiis inducatur tectorium, quod umidis ac leuibus adhaerere non poterit et ideo tertio eos prius debebis obducere, ut tectorium sine corruptione suscipiant.

1 si *om.* *Q* | necessit *Q* ‖ 4 elutat *Q*, elota *iacgs* | albam *E*, ex albo *ia*, [ex] albo *cgs* ‖ 5 fluuiali arenae *p*, fluuialiue *s* 6 spongea *LQFE* | postremum *VT*, marmore postremo *gs*, marmore. Postremo *a*, marmore. postremo *c* | quod *GE*, quae *acgs* ‖ 7 sato *G* ‖ 9 mittenda *p* ‖ 10 uero *om.* $S^{1}E$ | tectae (*pro* testae) *E* | coctae *i*, [cretae] *cg* ‖ 11 parabitur *E* ‖ 13 praetoriis *p* ‖ 14 istud *i* ‖ 15 subiacebis *L* ‖ 16 quae pedali sit *p* ‖ 17 inbrices *G* ‖ 18 possit *p* | penitrare *S*, pluuia penetrare *p*, stillicidia penetrare *as*, [stillicidia] penetrare *cg* | per pluuiam *STFEiacgs*, *om.* *p* ‖ 20 tectorum *S*, onus tectorum *E* | quoti *Q* ‖ 22 abducere *E* | suscipiat *E*

DE LVMINE ET ALTITVDINE.

XII In primis studendum est in agresti fabrica, ut multa luce clarescat: deinde ut partes temporibus diuisas, sicut supra dixi, congruis partibus offeramus, id est, aestiuas septemtrioni, hibernas meridiano, uernas et autumnales orienti. mensura uero haec seruanda est in tricliniis atque cubiculis, ut, quanta latitudo uel longitudo fuerit, in unum conputetur et eius medietas in altitudinem conferatur.

DE CAMERIS CANNICIIS.

XIII Cameras in agrestibus aedificiis ex ea materia utilius erit formare, quae facile inuenietur in uilla. itaque aut tabulis faciemus aut cannis hoc genere. asseres ligni gallici uel cupressi directos et aequales constituemus in eo loco, ubi camera facienda est, ita ordinatos, ut inter se sesquipedalis mensura sit uacua. tunc eos catenis ligneis ex iunipero aut oliua aut buxo aut cupresso factis ad contignationem suspendemus et binas inter eos perticas dirigemus tomicibus
2 alligatas. postea palustrem cannam uel hanc crassiorem, quae in usu est, contusam facta et strictim iuncta crate subnectemus et per omne spatium cum ipsis asseribus et perticis alligabimus. dehinc primo inpensa pumicea induemus et trulla aequabimus, ut inter se cannarum membra constringat. post harena et calce coaequabimus. tertio tusi marmoris pul-

4 sicut *om.* *L* ‖ 7 triclinis *LQ* ‖ 8 et long. *acgs* | eiusdem *G* ‖ 9 altitudine *E* ‖ 12 In uilla itaque *s* ‖ 13 tabulas *E* | cannas *E* ‖ 14 asseris *LQ* ‖ 15 constituemus et aequales *Q* ‖ 16 sexquipedalis *E* ‖ 18 tignationem *E* ‖ 19 domibus *V* ‖ 21 factam *LV* | stricta *FE* ‖ 22 facta (*pro* iuncta) *T*[1] | subnectimus *LQVTGEia* ‖ 23 alligamus *LSFGEa* ‖ 24 pumica *LQSTFEi*, punica *V* | equauimus *L* ‖ 26 coaequauimus *L* | tunsi *VFG*, marmoris tusi *E*

uerem mixtum cum calce ducemus et poliemus ad summum nitorem.

DE OPERE ALBARIO.

Opus quoque albarium saepe delectat, cui calcem XIIII
debebimus adhibere, cum multo tempore fuerit macerata. ergo ut utilem probes, ascia calcem quasi lignum dolabis. si nusquam acies eius offenderit et, quod asciae adhaeret, fuerit molle atque uiscosum, constat albariis operibus conuenire.

DE TECTORIIS.

Parietum uero tectura sic fiet fortis et nitida. XV
prima trullis frequentetur inductio. cum siccari coeperit, iterum inducatur ac tertio. post haec tria coria ex marmore grano cooperiatur ad trullam. quae inductio ante tam diu subigenda est, ut rutrum, quo calx subigitur, mundum leuemus. haec quoque marmoris grani inductio cum siccari incipiet, aliud corium subtilius oportet inponi. sic et soliditatem custodiet et nitorem.

DE VITANDA VALLE, QVAE PROPTER AQVAS DILIGI SOLET.

Vitandum est autem, quod plerique fecerunt XVI
aquae causa, uillas infimis uallibus mergere et paucorum dierum uoluptatem praeferre habitatorum saluti: quod magis metuemus, si prouincia quam colimus,

1 dicemus *F* ‖ 5 debemus *VSE* | maceratum *LQVSTFE* ‖ 6 ut *om. p* | calcem probans quasi *p* ‖ 7 et si quod *ias*, et [si] quod *cg* ‖ 12 Primo *is* ‖ 13 et tertio *i* ‖ 14 marmoreo *Viacgs* | cooperiantur *L* ‖ 15 subiungenda *F*, ambigenda *E* | utrum *LQT* | quod *L* ‖ 17 inceperit *is*, coeperit *a* ‖ 23 in infimis *VTia*, [in] inf. *cgs* ‖ 25 etiam magis *iacgs* | metuimus *E*

de morbis aestate suspecta est. cui si fons desit aut puteus, cisternas construere conueniat, quibus omnium conduci possit aqua tectorum. fiunt autem hoc modo.

DE CISTERNIS ET MALTHA FRIGIDARIA.

XVII Signinis parietibus magnitudo ea, qua delectaris
et cui sufficis, construatur longior magis quam latior.
huius solum alto rudere solidatum relicto fusoriis loco
testacei pauimenti superfusione leuigetur. hoc paui-
mentum omni cura terendum est ad nitores et lardo
2 pingui decocto adsidue perfricandum. quod ubi de-
ducto umore siccatum est, ne rimis in aliqua parte
findatur, etiam parietes simili corio uelentur obducti
et ita post diuturnam et solidam siccitatem aquae
praebeatur hospitium. anguillas sane piscesque fluuia-
les mitti in his pascique conueniet, ut horum natatu
aqua stans agilitatem currentis imitetur. sed si ali-
quando in quocumque loco pauimenti uel parietis tec-
tura succumbat, hoc genus malthae adhibebimus, ut
3 umor in exitum nitens possit includi. rimas et lacu-
nas cisternarum, piscinas uel puteos sarciemus hoc
genere, etsi umor per saxa manabit. picis liquidae
quantum uolueris, et tantundem sumes unguinis, quod
uocamus axungiam uel seuum. tunc in olla utrum-
que miscebis et coques, donec spumet: deinde ab igne
remouebis. cum fuerit eadem refrigerata permixtio,

1 de morbi statu *V* | cum si *LVFG*, cui cum *E* || 2 puteos aut cisternas *V* | conueniet *iacgs* || 5 Ligninis *E*, parietibus *om. s*, Cisternae magnitudo *p* || ea cisterna *V* | cui delectaris et cui suff. *omnes praeter ps*, delectaueris *F* || 7 fussoriis *V*, fosioriis *F*, fossoriis *E*, fusoris *ac* || 9 cedendum *a* | nitorem *SEas* || 10 perfrigandum *Q* || 12 similio *Q* | modo (*pro* corio) *E*, cura *p* || volentur *Q* || 17 cisterne (*supra* loco) V^2 | tectum *i* || 18 succumbit *E* || adhibemus *S*, adhibeamus *E* || 19 lanas *E* || 20 et piscinas *acgs* | et puteos *i* | resarciemus V^2 || 21 malte (*supra* genere) V^2 | et si *i* | piscis *L* || 22 summis *LF*, sumis *QSGE* || 24 quoques *LE* | Dehinc abigens *E* || 25 permixto *G*

calcem minutim superadicies et ad unum corpus omnia
mixta reuocabis. cumque uelut strigmentum feceris, 4
inseres locis corruptis ac manantibus et pressum
summa densitate calcabis. salutare erit aquas illuc
per tubos fictiles duci et opertis inmeare cisternis.
nam caelestis aqua ad bibendum omnibus antefertur,
ut, etsi fluens adhiberi possit, quae salubris non est,
lauacris debeat et hortorum uacare culturae.

DE CELLA VINARIA.

Cellam uinariam septemtrioni habere debemus XVIII
obpositam frigidam uel obscurae proximam, longe a
balneis, stabulis, furno, sterculinis, cisternis, aquis et
ceteris odoris horrendi: ita instructam necessariis, ut
non vincatur a fructu, sic autem dispositam, ut basi-
licae ipsius forma calcatorium loco habeat altiore con-
structum, ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda
uina hincinde depressi sint, gradibus tribus fere ascen-
datur aut quattuor. ex his lacubus canales structi uel
tubi fictiles circa extremos parietes currant et sub-
iectis lateri suo doliis per uicinos meatus manantia
uina defundant. si copia maior est, medium spatium 2
cupis deputabitur, quas, ne ambulacra prohibeant,
asellis altioribus inpositas uel supra dolia possumus
conlocare spatio inter se longiore distantes, ut, si res

1 minutatim *V*, minutum *E* || 2 strimentum *L*, strumentum *T*, stricmentum *VGE* || 3 inseris *LSF* | praesum *L* || 5 tuuos *V*[1], seu canales *V*[2] *supra*, turbas *G* || 7 tum (*supra* quae) *V*[2] || 8 lauachris *L* | debeat uacare et hortorum culture *E* || 10 debemus habere *QSTacgs* || 11 uel obscure *E*, obscuram vel *s* | positam *E* || 12 forno *LG* | sterculiniis *VT*, sterquilinis *S*[1], uel sterculinis *S*[2] *in margine*, sterquiliniis *Eiacgs* || 13 hodoris *G* || 14 uincantur *E* || 15 altiore *om.* *G* || 16 ad quos *Q* | lacos *L* || 18 aut quatuor ascendatur *acgs* || 19 toui *V*, tubae *G* || 20 meantia *E* || 21 medium spatium *om.* *E* || 23 assellis *T*, uassellis *S*, duas sellis *E*, uasellis *i*, basellis *acgs* | supra obruta dolia *SEas*, obruta *incl.* *cg* | possimus *L* || 24 longiore *Ficg*

exigat, curantis transitus possit admitti. quod si cupis locum suum deputabimus, is locus ad calcatorii similitudinem podiis breuibus et testaceo pauimento solidetur, ut, etiamsi ignorata se cupa diffuderit, lacu subdito excipiantur non peritura uina, quae fluxerint.

DE HORREO.

XVIIII Situs horreorum quamuis ipsam *septemtrionis* desideret partem, et superior et longe ab omni umore et laetamine et stabulis ponendus est, frigidus, uentosus et siccus, cui prouidendum structurae diligentia, ne rimis possit abrumpi. solum igitur omne bipedis sternatur uel minoribus laterculis, quos suffuso
2 testaceo pauimento debemus inprimere. tunc diuisas cellas, si magnus sperabitur seminum modus, grano cuique tribuemus. si terrae pauperes minora promittunt uel craticiis podiis erunt discernenda granaria uel uimineis uasculis redactus tenues congeremus. sed factis granariis amurca luto mixta parietes linuntur, cui aridi oleastri folia uel oliuae pro paleis adiciuntur: quo tectorio siccato rursus amurca respergitur: quae ubi siccata fuerit, frumenta condentur. haec res gurgulionibus et ceteris noxiis animalibus inimica est. aliqui coriandri folia frumentis miscent ad seruandum

1 currentis *Fi* ‖ 2 deputauimus *LQSFGE* | is *om. G*, his *praeb. E* | calcatoria *V* ‖ 4 etiam siligno rata *E* | lacus *G* ‖ 5 non *incl. cg* ‖ 6 HORRES *Q*, Horreis *iac* ‖ 7 SICVT *g* | [Septemtrionis] *addunt cg*, *sine uncis as* ‖ 8 uel (*pro* et) *S*, ut *E* | et (*ante* longe) *om. E* | ab omnium ore *LQ*, ab omni odore *p* ‖ 9 prouidendum est *VE* ‖ 11 obrumpi *G* | ergo *i* | omne *om. G* ‖ 12 sufoso *L*, suffosso *SFi*, suffoso *E* ‖ 14 seminis *E* ‖ 15 Et si *iacgs* | pauperies *iacgs* | promittit *iacgs* ‖ 16 graticiis *LQG*, craticis *T*, craciis *E* ‖ 17 redactos *V*, in quae redactus *G*, redditus *i*, reditus *acgs* | congruemus *F*, colligemus *iacgs* ‖ 18 luto *om. E* | liniuntur *TG*, linentur *S*, linientur *E* ‖ 19 cui *om. E* | arida *s* | vel oliuae folia *acgs* ‖ 20 tentorio *L* | rursus *om. E* ‖ 21 curculionibus *F* ‖ 23 rorandri *LQG*, roriandri *V*, rorandi *E*

profutura. nihil tamen commodius erit diu custodiendis frumentis, quam si ex areis in alterum uicinum locum transfusa refrigerentur aliquantis diebus atque ita horreis inferantur. negat Columella uentilanda 3
esse frumenta, quia magis miscentur animalia totis aceruis. quae si non moueantur, in summitate intra mensuram palmi subsistent et hoc uelut corrupto corio cetera inlaesa durabunt. adserit idem noxia animalia ultra praedictam mensuram non posse generari. herba conyza sicca, ut Graeci adserunt, substrata frumentis addit aetati. ab horreis tamen auster esse debet auersus.

DE OLEI FACTORIO.

Olearis cella meridianis sit obiecta partibus et XX
contra frigus munita, ut illi per specularia debeat lumen admitti. ita et operas, quae hieme futurae sunt, nullus algor inpediet: et oleum, cum premetur, iutum teporibus frigore non ualebit adstringi. trapetis et rotulis et prelo nata est forma, quam consuetudo dictauit. receptacula olei semper munda sint, ne nouos sapores infecta ueteri rancore corrumpant. at si quis maiori diligentiae studet, subiectis hinc inde cuniculis pauimenta suspendat et ignem suggerat fornace succensa. ita purus calor olei cellam sine fumi

1 Nihil tamen diu custodiendis frumentis commodius erit *iacgs* ‖ 3 locum vicinum *Eacgs* ‖ 4 in horreis *E* ‖ 7 subsistunt *V* | uelud *Q* ‖ 8 in lates adurabunt *Q* | asseruit *i* | 10 conyza *FEcgs*, coniza *ceteri* ‖ 11 addita aetati *LQ*, additur *G*, aetatem *E* | debet esse *SGEis* | aduersus *QEi* 14 obmunita *p*, minuta *G* | debet *G* ‖ 15 frigus (*pro* lumen) *E* 16 nullor L^1 | comprimetur *V*, compremitur *G*, v *et* e *supra*, cum prementur *F*, cum premitur *E* ‖ 17 iunctum *V*, usum *G*, iuto *S*, iuncto *E*, adiutum *iacgs* | temporibus *LQFE* ‖ 18 prolanata *F*, natam *Q*, nota *SGE* | esse *Q* | formam *LQV*, eius forma *i* ‖ 19 dictabit *LQVSTGFEi* ‖ 20 nouo sapore *ia* | bancore *E* | corrumpantur *i* | ac *LGEi* ‖ 21 subiciat *FE* 23 fumo *E*

nidore uaporabit, quo saepe infectum colore corrumpitur et sapore.

DE STABVLIS EQVORVM ET BOVM.

XXI Stabula equorum uel boum, meridianas quidem respiciant partes, non tamen egeant a septemtrione luminibus, quae per hiemem clausa nihil noceant, per aestatem patefacta refrigerent. ipsa stabula propter ungulas animalium ab omni umore suspensa sint. boues nitidiores fient, si focum proxime habeant et lumen intendant. octo pedes ad spatium standi singulis boum paribus abundant et in porrectione quindecim. plancae roboreae subponantur stationibus equorum, ut iacentibus molle sit, stantibus durum.

DE CORTE.

XXII Cors ad meridiem pateat et obiecta sit soli, quia facilius erit propter ea, quae insunt, animalia ad aestatis temperandum calorem porticus furcis, asseribus et fronde formari, quae uel scindulis uel, si copia

1 nitore *L*, ardore *F*, fumitore *V* | uaporauit *L V* | calore *V E* || 3 STALIBVLIS *Q* | VEL *Q* | ET BOVM *om. E* || 4 et *G E* || 5 respiciunt *F*, plagas respiciant *a c g s* | egent *V* | septentrionis (*pro* a septemtrione) *G a c g* || 8 abomnium hore *L* || 9 habeat *Q* | ignem *i*, ignis lumen *a s*, [ignis] lumen *c g* || 10 boum *om. p* || 11 plantae *i* || 12 robureae *G* | equorum [cum stramine] *c g*, *sine uncis a s* || 13 mole *L* || 15 obiec . . . . quae insunt animalibus ad aestatis . . . . porticus furcis asseribus et fronde . . . . uel scindulis uel si copia suppetit . . . . sine impensa placuerit tegen . . . *S in textu* (*cf. praef.*), *cum signo intercalationis ante* quae *in margine*: capiat. frigus repellat. His uero. *Praeterea finis capitis insequentis conferatur.* soli. His uero quae insunt animalibus ad aest. temp. cal. *E*, soli, quo facilius hieme aliquem teporem concipiat, propter ea, quae insunt, animalia, quibus etiam ad aest. temp. cal. *a c g s* || 16 aninnalia. Ad *i* || 18 formari debent *E a c g s*, formetur *p* | scandulis *i a c g s* | uel si copia suppetit *om. T*, uel si copia fuerit uel suppetit *praeb. E*

suppetit, tegulis uel, si facilius et sine inpensa placuerit, tegentur caricibus aut genestis.

DE AVIARIIS.

XXIII Circa parietes cortis extremos auiaria facienda sunt, quia stercus auium maxime necessarium est agriculturae excepto anserum laetamine, quod satis omnibus inimicum est. sed habitacula ceterarum auium maxime necessaria sunt.

DE COLVMBARIO.

XXIIII Columbarium uero potest accipere sublimis una turricula in praetorio constituta leuigatis ac dealbatis parietibus, in quibus a quattuor partibus fenestellae, sicut mos est, breuissimae fiant, ut columbas solas ad introitum exitumque permittant. nidi figurentur interius. a mustelis tutae fiunt, si inter eas 2 uetus spartea proiciatur, qua animalia calciantur, ut eam secreto non uidentibus aliis unus adtulerit. non pereunt et neque locum deserunt, si per omnes fenestras aliquid de strangulati hominis loro aut uinculo aut fune suspendas. inducunt alias, si cymino pascantur adsidue uel hirci alarum balsami liquore tangan-

2 genistis *VGFacgs* ‖ 6 *L supra* laetamine *habet* id est fimo ‖ 7 inicum *Q* ‖ 8 quo facilius hieme calorem capiat, frigus repellat *post* sunt *addit S*, idem quo facilius hieme calorem faciat (uel capiat *supra*). frigus repellat *E* ‖ 9 De columbariis *iac* ‖ 10 Columbarum *G*, Columbarium accipiat *p* ‖ 12 fenestrellae *LEi* | in quibus a quattuor partibus *om. E* ‖ 13 sicut mos est, fenestellae *iacgs* | fiant breuissimae *T*, fient *iacgs* | ut—permittant *om. E* ‖ 15 fiant *F*, fient *iacgs* ‖ 16 frutex virgosus sine foliis asper vel *ante* uetus *addunt as*, *cum uncis cg* | quia *QF* | calceantur *gs* ‖ 17 aliae non pereunt *V*, non pereunt—suspendas *om. p*, *incl. cg* ‖ 18 et *om. STFGEs* ‖ 19 loro *om. E* ‖ 20 cimino L^2*SE*, imino *F*, cumino L^1*iacgs* ‖ 21 adsiduo *LG*, assiduo *VE* | uel si *SE*, vel setosi *as*, setosi *incl. cg*

3 tur. fetus frequentant, si hordeum torrefactum uel fabam uel eruum saepe consumant. triginta autem columbis uolantibus diurni tres sextarii tritici sufficient aut creturae, ita ut eruum fetus gratia mensibus praebeamus hibernis. rutae ramulos plurimis locis oportet contra animalia inimica suspendere.

DE TVRTVRIBVS.

XXV Sed columbarii cellae duo subiecta cubicula fiant, unum breue et prope obscurum, quo turtures claudi possint, quos nutrire facillimum est. nam nihil expetunt, nisi ut aestate, qua sola maxime pinguescunt, triticum uel milium mulsa maceratum semper accipiant. semodius unus diurnus centum uiginti turturibus sufficit. aqua sane eis frequenter mundior debet offerri.

DE TVRDIS.

XXVI Aliud uero cubiculum turdos nutriat. qui si alieno tempore saginentur, et uoluptatem cibi et reditum maximum praestant parcitati beneficium ministrante luxuria. sit autem locus mundus et lucidus et undique leuigatus. transuersae in hoc perticae figuntur, quibus possint post inclusum uolatum sedere.
2 rami etiam uirides saepe mutentur. caricae tunsae mixtis pollinibus largissime praebeantur. myrti etiam, si facultas est, lentisci, oleastri, ederae, arbuti semina

2 herbum *omnes praeter s* | consummant *L* || 3 sestarii *i* | sufficiunt *p* || 4 creaturae *GE* || 5 rute *L* | rutae — suspendere *om. F* | pluribus *iags* || 7 DE TURTURARIO *E* || 8 columbari *LQSTFGi*, columbario *E* || 10 possunt *S* || 11 maxime *om. E* || 13 sed modius *LE* | diurnus *om. E*, diuturnus *hab. V* || 14 his *V* | mundior *incl. eg* || 15 afferi *E* || 16 turdus *Q* || 17 qua *L* || 18 tempore *om. V* | uoluntatem *LF* | cibum et remedium *E* || 20 fit *LGia* | mundus et nitidus et lucidus *S*, mundus et nitidus lucidus *E* || 21 perticae uel porticus *V* || 22 figantur *VT* || 24 largitissime *G* | mirti *V* || 25 arbusti *E*

interdum ad excludenda fastidia et maxime aqua munda tribuatur. claudantur inlaesi et recens capti mixtis aliquibus ante nutritis, quorum societate ad capiendos cibos pauidam nouae captiuitatis maestitudinem consolentur.

DE GALLINIS.

Gallinas educare nulla mulier nescit, quae XXVII
modo uidetur industria. hoc de his praecepisse sufficiat, ut fumo, puluere utantur et cinere. sint praecipue nigrae aut flaui coloris, albae uitentur. uinaciae cibo sterilescunt. hordeo semicocto et parere saepe coguntur et reddunt oua maiora. duobus cyathis hordei bene pascitur una gallina, quae circuit. subponenda sunt his semper oua numero inpari luna
crescente a decima usque in quintam decimam. pituita 2
his nasci solet, quae alba pellicula linguam uestit extremam. haec leuiter unguibus uellitur et locus cinere tangitur et allio trito plaga mundata conspergitur. item allii mica trita cum oleo faucibus inseritur. stafis etiam agria prodest, si cibis misceatur adsidue. si amarum lupinum comedant, sub oculis illis grana ipsa procedunt. quae nisi acu leuiter apertis pelliculis auferantur, extinguunt. oculos portulace suco 3
forinsecus et mulieris lacte curemus uel ammoniaco

2 praebeatur *iacgs* | claudantur *om. G* | recenter *Viacgs* 5 consulentur *V*, *om. G* || 7 femina *E* | quae—industria *om. i* 8 uideatur *acgs* | hoc modo *E* | praecipisse *Q* || 9 fumo *LQVF*, fimo *ceteri* | praecipuae *LV* || 10 faui *Q* | sed albae *i*, [sed] albae *cgs* | utentur *Q* | Uicinatiae *L*, o *supra*, Unaciae *Q*, uinacie *F*, Vinaceae *acgs* || 11 semi et cocto. et *G* || 12 noscuntur *E* | redundant *L* | ciati *L*, quiati *Q*, quatis *G* || 13 quae circumit *S*, *om. i*, quae sit uaga *acgs* || 14 semper oua his *E* | imparia *i* || 15 usque ad *E* || 16 uertit *G* || 18 alio *LQS* | plaga *om. F*, linga *hab. E* | mundata *om. Q* || 19 item ut *E* | alii *LQS* | com *E* | inseretur *LFGSE*, inseratur *VT*, infertur *p* 20 staphis *GSEacgs* | agria etiam *STEacgs* | adsiduae *LV* || 21 illius *L* || 23 extingunt *LQSTFa*, extinguntur *V* || 24 ammonaico *L*, amoniaco *G*

sale, cui mel et cyminum aequale miscentur. peduclos earum perimit stafis agria et torrefactum cyminum, paria et pariter tunsa cum uino et amari lupini aqua, si penetret secreta pennarum.

DE PAVONIBVS.

XXVIII Pauones nutrire facillimum est, nisi eis fures
aut animalia inimica formides: qui plerumque per
agros uagati sponte se pascunt pullosque educunt.
altissimas uespere arbores petunt. una his cura de-
betur, ut incubantes per agrum feminas, quae hoc
passim faciunt, a uulpe custodias. ideo in insulis
breuibus meliori sorte nutriuntur. uni masculo femi-
2 nae quinque sufficiunt. masculi oua et pullos suos
persequuntur uelut alienigenas, priusquam illis cri-
starum nascatur insigne. ab idibus februariis calere
incipiunt. faba leuiter torrefacta in libidinem prouo-
cantur, si eis quinto quoque die tepida praebeatur.
sex cyathi uni sufficiunt. cupidinem coeundi mascu-
lus confitetur, quoties circa se amictum caudae gem-
mantis incuruat et singularum capita oculata penna-
3 rum locis suis exerit cum stridore procurrens. si oua
pauonum gallinis subponantur, excusatae matres ab
incubatione tribus uicibus per annum fetus edunt.
primus partus quinque ouorum, secundus quattuor,

1 ciminum *Tia* | Peduculos *G*, Pedulcos *E*, Paediculos *a*, pediculos *icgs* ‖ 2 perimit *om. E* | ciminum *QSTF* ‖ 3 paria *om. V*, paria pondere *praeb. S*, pari pondere *Ecgs*, et—paria *om. p* | tonsa *L* ‖ 6 eis *om. TFEags* | fures et *E* ‖ 7 plerique *V*, per agros uagari plerumque *Q*, per agros uagantes plurimum *i*, plerumque per agros uagantes *acgs* ‖ 8 educant *cgs* ‖ 9 et alt. *acgs* | Vna uero *a*, una [uero] *cgs* ‖ 10 incumbantes *L* ‖ 11 in insulis melioribus meliore *E* ‖ 12 femine *L*, femini *Q* ‖ 14 persecuntur *QG*, consecuntur *E* | ueluti *G*, uelud *E* ‖ 15 nascitur *Q* ‖ 18 ciati *LVS*, quiati *QT*, quati *G*, cyathi *ceteri* | uini *SE* ‖ 19 amicum *E* ‖ 20 singulorum *E* | occulata *VG*, occulta *FEiac* | pinnarum *LQ* ‖ 21 exent *S* ‖ 24 ouarum *Q*

tertius trium uel duorum esse consueuit. sed electae, si hoc placuerit, nutrices gallinae sint, quae a primo incremento lunae nouem diebus habeant nouem oua subposita, quinque pauonina et cetera sui generis. decima die omnia gallinacea subtrahantur et alia item 4
gallinacea totidem recentia subponantur, quot ablata sunt, ut tricesima luna, hoc est, expletis triginta diebus, possint cum pauoninis ouis aperiri. oua autem pauonum, quae gallinae subiecta sunt, saepe manu conuertantur, quia hoc ipsa facere uix ualebit. unam partem oui notabis, ut te subinde conuertisse cognoscas. maiores tamen gallinas oportet eligere: nam minoribus pauciora subpones. natos si ad unam trans- 5
ferre a pluribus uelis, dicit Columella uni nutrici uiginti quinque sufficere: mihi uero, ut bene educi possint, uidentur quindecim satis esse. primis diebus far hordei conspersum uino pullis dabitur uel undecumque cocta pulticula et refrigerata. postea adicietur porrum concisum uel caseus recens sed expressus: nam serum pullis nocet. locustae etiam pedibus ablatis praebentur. ita pascendi sunt usque ad sextum 6
mensem. deinde hordeum poteris praebere solemniter. tricesimo quinto tamen die, postquam nati sunt, et in agrum tuto eici possunt comitante nutrice pascendi, cuius singultu reuocantur ad uillam. pituitas uero et cruditates his remediis summouebis, quibus gallina curatur. maximum illis periculum est, cum incipit

2 nutrices sint gallinae *TE* | sunt *G* || 3 nouem habeant oua *S*, nouem *om. E* || 5 oua (*pro* omnia) *FE*, oua omnia *a*, [oua] omnia *cgs* | gallinacea—item *om. F* | gallinatia *T* | subtrahatur *L* | tunc (*pro* item) *i* || 6 quod *LQV*, quanto *E*, [quot ablata sunt] *s* || 11 te subuertisse *L* || 13 natos *om. V*, Natos autem pullos *hab. a*, Natos [autem pullos] *cgs* || 21 praebeantur *F*, praebendae sunt *SE* | septimum G^3 || 22 diem *i* | ordum praebe poteris *E* | sollempniter *LT*, solenniter *Vacgs* || 23 tamen quinto *E*, die tamen *F* | etiam (*pro* et) *acgs* || 24 tuti *V* | eice *L*, deici *V* || 25 singulturae uocantur *L*, prouocantur *F* || 26 iis *acgs*

crista produci: nam patiuntur languores infantum similitudine, cum illis tumentes gingiuas denticuli aperire nituntur.

DE FASIANIS.

XXVIIII In fasianis nutriendis hoc seruandum est, ut nouelli ad creandos fetus parentur, id est, qui anno superiore sunt editi: ueteres enim fecundi esse non possunt. ineunt feminas mense martio uel aprili. duabus unus masculus sufficit, quia ceteras aues salacitate non aequat. semel in anno fetus creabunt.
2 uiginti fere ouis pariendi ordo concluditur. gallinae his melius incubabunt, ita ut quindecim fasianina oua nutrix una cooperiat: cetera sui generis subponantur. in subponendo de luna et diebus, quae sunt in aliis dicta, seruemus. tricesimus dies maturos pullos in lumen emittet. sed per quindecim dies discocto ac refrigerato leuiter hordei farre pascentur, cui uini imber aspergitur. post triticum fractum praebebis et locustas et oua formicae. sane ab aquae prohibeantur
3 accessu, ne eos pituita concludat. quod si pituitam patientur fasiani, allio cum pice liquida trito rostra eorum debebis adsiduus perfricare uel uitium, sicut
4 gallinis fieri consueuit, auferre. saginandi haec ratio est, ut unius modii triticea farina in breuissimas offulas redacta clauso fasiano per triginta dies ministrata sufficiat: uel si hordeaceam farinam praebere uolueris, unius et semissis modii farina per prae-

1 dolores *SE*, langores *Fia* | infantium *F*, similitudine infancium *E* ‖ 8 mense *om. E* ‖ 9 aues *om. G* | sagacitate *V* ‖ 10 aequant *Es* | in *om. LVF* | creant *acgs* ‖ 11 concludet *i* ‖ 12 fasiana *E* ‖ 13 nutrix una *om. F* | et caetera *acg*, [et] caetera *s* ‖ 15 seruentur *iacgs* | in lumine mittet *LVFia* ‖ 16 per XII dies *i* ‖ 17 pascuntur *E* ‖ 18 hiber *L* | factum *E* ‖ 21 fasiani patientur *E* ‖ 22 assidue *V* | uinum *E* ‖ 23 consueuit fieri *E* | aut ferre *L*, aut fere *V* ‖ 24 triticei *LQVSGE*, tritici *T*[1] ‖ 25 ministrata *om. E* ‖ 26 sub (*pro* si) *L*[1] ‖ 27 semissi *E*

dictos dies saginam replebit. obseruandum sane est, ut offulae ipsae oleo leuigentur asperso et ita inserantur faucibus, ne sub infima linguae parte mergantur: quod si euenerit, statim peribunt. illud quoque magnopere curemus, ut praebeantur noua alimenta digestis, quia eos facillime onus cibi haerentis extinguit.

DE ANSERIBVS.

Anser sane nec sine aqua nec sine herba XXX
facile sustinetur: locis consitis inimicus est, quia sata
et morsu laedit et stercore. pullos praestat et plumas,
quas et autumno uellamus et uere. uni masculo tres
feminae sufficiunt. si desit fluuius, lacuna formetur.
si herba non subpetat, trifolium, fenum graecum,
agrestia intyba, lactuculas seremus alimento. albi fe-
cundiores sunt, uarii uel fusci minus, quia de agresti
genere ad domesticum transierunt. incubant a calen- 2
dis martii usque ad aestiuum solstitium. plus parient,
si gallinis oua subponas. extremum partum matribus
iam uacaturis educare permittimus. pariturae ad haram
perducantur. cum semel hoc feceris, consuetudinem
sponte retinebunt. gallinis sicut pauonina et anseris
oua subpones. sed anserina oua ne noceantur, sub-
positis subiciatur urtica. parui primis decem diebus 3

2 ipse *G* | serentur *E* || 4 pereunt *Scgs* || 5 ne (*pro* ut) *acgs* || 6 digestis *om. E*, nisi digestis aliis *hab. acgs* || 8 sane *om. p* | nec sine herba nec sine aqua *iacgs* || 10 stercore polluit *ps* | pullos *om. p* | plurimas (*pro* plumas) *Q* || 11 Uno *E* || 12 sufficiant *iacgs* | lacunae formentur *E* || 13 suppetit *Viacgs* | 14 intiba *LQVST*, intuba *FGEgs*, intyba *ceteri* | lacticulas *Q*, lactucas *FE* | serenus *G* || 15 sunt *om. L* | uarei L^1 || 16 a *om. LF* || 17 martiis V^2G, marciis *S* || 18 oua illarum supponantur *a* | extremum—subpones *om. F* || 19 aram *QVS*, haram *in margine S*, iram *T*, aream *Ei* || 21 sicut—et *om. p* | pauonia *E* | etiam *VFiacgs* || 22 supponas *GTiacgs* | anserina oua *om. p* | noceant *Fc* | subposita *Q* || 23 ortica L^1S, hortica *QE* | Parui semine papaueris primis *s*, parui — urtica *om. F*

intus pascendi sunt, postea sereno eos poterimus educere, ubi urtica non fuerit, cuius aculeos formidant. quattuor mensum bene saginantur: nam melius in tenera aetate pinguescunt. polenta dabitur in die ter. large uagandi licentia prohibetur. loco obscuro claudentur et calido. sic maiores etiam secundo mense pinguescunt: nam paruuli saepe die tricesimo. saginantur melius, si ad satietatem milium praebeamus infusum. inter anserum cibaria legumen omne porrigi
4 potest excepto eruo. cauendum est etiam, ne pulli eorum setas glutiant. Graeci saginandis anseribus polentae duas partes et furfuris quattuor aqua calida temperant et ingerunt pro adpetentis uoluntate sumenda. tribus per diem uicibus potu adiuuant. media quoque nocte aquam ministrant. peractis uero triginta diebus, si, ut iecur his tenerescat, optabis, tunsas caricas et aqua maceratas in offas uolutabis exiguas et per dies uiginti continuos ministrabis anseribus.

DE PISCINIS.

XXXI His ordinatis cetera exequenda sunt. nam piscinae duae uel solo inpressae uel caeso lapide circa uillam esse debebunt, quas facile est aut fonte aut imbre subpleri, ut una ex his usui sit pecoribus uel auibus aquaticis: alia madefaciat uirgas et coria et lupinos et si qua rusticitas consueuit infundere.

1 eos sereno *E* | educare *E* ‖ 2 hurtica *E* | reformidant *FGa* ‖ 3 mensium *VTGEicgs*, mensibus *a* | non (*pro* nam) *E* | parui—urtica *inserit ante* nam *F* | in aetate tenera *Tg*, pinguescunt in tenera aetate *ias* ‖ 5 uagan *E* ‖ 6 etiam maiores *E* ‖ 7 tricesimo moriuntur *Ga* | Saginantur uero *a* ‖ 8 adsati aetatem *G* | milium decoctum *S*, milium coctum *E*, multum *F* ‖ 9 Item (*pro* inter) *i* | cannae (*pro* omne) *S*, canne *E* | praestari *p* ‖ 11 saecar *Q* | anseribus *om.* *E* ‖ 12 polentes *F* ‖ 13 appetendis *L*, apetendis *E* | uoluptate *a* ‖ 14 uicibus per diem *E* ‖ 15 XX *Q* ‖ 16 si aut *V* | obtabis *E* ‖ 17 carias *Q* ‖ 22 uilla L^1 | debent *E* ‖ 23 imbres *Q* | sufficiat (*pro* sit) *p* ‖ 24 in aliam deuccat *V* | et coria *om.* *F*, *sed praeb. lacunam* | et lupinos *om.* *E*

DE FENILI, PALEARIO, LIGNARIO.

XXXII Feni, palearum, ligni, cannarum repositiones nil refert, in qua parte, dummodo siccae sint atque perflabiles et longe remoueantur a uilla propter casum subripientis incendii.

DE STERCVLINO.

XXXIII Stercorum congestio locum suum tenere debebit, qui abundet umore et propter odoris horrenda a praetorii conuertatur aspectu. umor abundans hoc praestabit stercori, ut, si qua insunt spinarum semina, putrefiant. stercus asinorum primum est, maxime hortis: dein ouillum et caprinum et iumentorum: porcinum uero pessimum. cineres optimi. sed columbinum feruidissimum ceterarumque auium satis utile excepto palustrium. 2 stercus, quod anno requieuerit, segetibus utile est nec herbas creat: si uetustius sit, minus proderit. pratis uero recentia stercora proficient ad uber herbarum. et maris purgamenta, si aquis dulcibus eluantur, mixta reliquis uicem stercoris exhibebunt et limus, quem scaturiens aqua uel fluuii incrementa respuerint.

1 De paleario et lignario et de sterquilinio *E* || 2 reposiones nihil *L* || 3 parte fiant *FTa*, parte [fiant] *cgs* || 5 subripiendi *F*, subrepentis *T* || 6 DE STERQVILINIO *V*, DE STERCULIANO *G*, de sterquilinio *E*, De Sterquilinio *i*, De sterquilinio *ac* || 7 Sterquiliniorum *E* || 8 foetoris *a* || 9 praetorio *L* | ut si qua in (*pro* conuertatur) *E*, auertatur *cgs* || 10 haec *S in textu*, uel hoc *in margine* || 12 dein boum *V*, Deinde ouium et caprarum *E* || 14 feruentissimum *E* || 15 utile est *a*, utile [est] *cgs* | plaustrum *L* | requieuit *Q* | satis utile *p* || 16 creat herbas *S*, caret herbis *E* || 17 proderunt *p* || 18 huber *F*, hubertatem *E* || 19 aliquis dulcibus eleuantur *LG* | sterquoris *E* || 20 saturiens *Q*

DE LOCIS HORTI ET POMARII ET SEPIBVS ET SERENDO.

XXXIIII Horti et pomaria domui proxima esse debebunt. hortus sit sterculino maxime subiectus, cuius eum sucus sponte fecundet, ab area longe situs: nam puluerem palearum patitur inimicum. felix positio est, cui leniter inclinata planicies cursus aquae fluentis
2 per spatia discreta deriuat. si fons desit, aut inprimendus est puteus aut, si hoc nequeas, piscina superius construenda, ut illi aquas pluuia conferente hortus per aestiuos rigetur ardores. si hac omni facultate carueris, semper altius tribus uel quattuor pedibus ad pastini similitudinem fodies hortulum, qui sic cul-
3 tus neglegat siccitates. sed huic quamuis contra necessitatem iuta stercore quaelibet terra conueniat, tamen haec genera sunt in electione uitanda, creta, quam argillam dicimus, atque rubrica. illud quoque custodies in hortis, quos umoris natura non adiuuat, ut diuidas partes et hieme ad meridiem, aestate ad septemtrionem spatia colenda conuertas.

4 Munitionis multa sunt genera. alii luto inter formas clauso parietes figuratos ex partibus imitantur. quibus subpetit, macerias luto et lapide excitant. plerique

1 HORTIS *G* | SEDIB; *G* || 2 conserendo (*pro* ET SER.) *E*, et serendi tempore *iac* || 3 debent *E* || 4 sit *omittunt codices et i*, et (est *supra*) *hab. L* | sterquilino *V*, sterquililinio *E*, sterquilinio *Tacgs* | subiectus sit *E* || 5 eum *om. Qac* | succo *a* | situs sit *a*, situs [sit] *cgs* || 6 palearum *om. L* || 7 leuiter *E* || 8 deriuatur *V*, diriuat *G* || 9 nequeas hoc *iags* || 10 est construenda *S*, construenda est *ias*, construenda [est] *cg* | illinc *acgs* | consternante *p* || 14 negligit *is* || 15 iusta *L*, iuta (ta *in rasura*) *V*, mista *iacgs* || 16 creta scilicet *E* || 17 argilla *L* | rubricunda *E* || 19 diuidat *F* | per partes *as*, [per] partes *cg* || 20 spatia colenda *om. p* || 21 Debent etiam horti esse clausi, sed munitionis *as*, Debent — sed *incl. cg* | genera sunt *E* || 22 ex lateribus *iags* | quibus copia suppetit *as*, quibus [copia] suppetit *cg* || 23 maceries *E* | excitantur *E*

sine luto congesta in ordinem saxa conponunt. nonnulli fossis spatia colenda praecingunt: quod uitandum est, quia horto subducit umores, nisi forte locus palustris colatur. alii spinarum plantas et semina in munitione disponunt. sed melius erit rubi semina et 5
spinae, quae rubus caninus uocatur, matura colligere et cum farina erui ex aqua macerata miscere: funes dehinc sparteos ueteres hoc genere mixtionis sic inducere, ut intra funes semina recepta seruentur usque ad uerni temporis initia. tunc ubi sepis futura est, 6
duos sulcos tribus a se pedibus separatos sesquipedis altitudine faciemus et per utrosque funes cum seminibus obruemus leui terra. ita tricesima die procedunt sentes, quos teneros adminiculis opus est adiuuare: qui inter se per spatia uacua relicta iungentur.

Partes sane horti sic diuidendae sunt, ut hae, in 7
quibus autumno seminabitur, uerno tempore pastinentur: quas seminibus uere conplebimus, autumni tempore debebimus effodere. ita utraque pastinatio decoquetur beneficio algoris aut solis. areae faciendae sunt angustiores et longae, id est, duodecim pedum longitudine et sex latitudine, sic propter spatia utrimque purganda diuisae. margines uero earum locis umidis uel inriguis duobus pedibus erigantur: siccis uno extulisse sufficiet. inter areas, si umor consueuit effluere, spatia altiora ipsis areis esse debebunt, ut facilius ingrediatur aream de superiori parte umor

1 in ordine *VE* ‖ 2 collocanda *E* ‖ 4 plaustris *L*, plustris *G* ‖ 6 canninus *Q*, uocatur caninus *V* | matura *om. p* 7 et *om. LVS* | ex qua *L*[1] ‖ 8 deinde *p* | hoc genere *om. p* | mixtione si *L*, mixtioni sio *QT*, mixtionis inducere *SFGE*, sic *incl. cg* ‖ 9 inter *E* ‖ 10 teporis *V* | sepes *SEiags* ‖ 11 separatos faciemus sesquip. alt. et *E* ‖ 15 quibus inter se sentes *acg*, quibus inter se (sentes) *s* | per *om. V* | uacuo *QVST* | 16 hee *E*, eae *acgs* ‖ 18 quas uero *i* | uerno temp. *E* ‖ 19 debemus *LVFGE* ‖ 20 dequoquetur *E* | ausolis *G* ‖ 21 longe *G* | 22 et sint (*pro* sic) *SE*, ut sint *acgs* | utrisque *G* ‖ 27 ad aream *E* | superi *LQ*, superiore *Fgs*

admissus et, ubi sitientem saturauerit, in alias possit
8 exclusus auerti. serendi tempora licet per menses certa signemus, tamen secundum loci et caeli naturam unusquisque custodiat. frigidis locis autumnalis satio celerior fiat, uerna uero tardior: calidis autem regionibus et autumnalis serior fieri potest et uerna maturior. quaecunque serenda sunt, cum crescit luna, seminentur, quae secanda sunt uel legenda, cum minuitur.

DE REMEDIIS HORTI VEL AGRI.

XXXV Contra nebulas et rubiginem paleas et purgamenta pluribus locis per hortum disposita simul omnia, cum nebulas uideris instare, conbures.

Contra grandinem multa dicuntur. panno russeo mola cooperitur. item cruentae secures contra caelum minaciter leuantur. item omne horti spatium alba uite praecingitur uel noctua pennis patentibus extensa suffigitur uel ferramenta, quibus operandum est,
2 seuo unguntur ursino. aliqui ursi adipem cum oleo tusum reseruant et falces hoc, cum putaturi sunt, ungunt. sed hoc in occulto debet esse remedium, ut nullus putator intelligat: cuius tanta uis esse perhibetur, ut neque gelu neque nebula neque aliquo animali possit noceri. interest, ut res profanata non ualeat.

1 admissus — possit *om. L* ‖ 2 exclusos *L* | aduerti *E* ‖ 3 cesta *G* ‖ 7 quae *i* | cum luna crescit *Eags* ‖ 8 sunt *om. E* | liganda *S in margine* | comminuitur *L* ‖ 9 SERENDIS (*pro* REMEDIIS) *G* | ortorum *E* ‖ 10 orti uel agri *supra* rubiginem V^2, rubiginem. Paleas *gs* ‖ 12 uideris nebulas *GE* ‖ 13 multa dicuntur *incl. s* | rus seu *V*, roseo *Tiacgs* ‖ 16 pinnis *QS* ‖ 17 sufficitur *Q* ‖ 18 sepo *iag* | unguantur *E* | adipem ursi *E* ‖ 19 tunsum *E* | putari *Q* ‖ 20 in occultum *E* ‖ 21 uis tanta *Eiacgs* ‖ 22 neque gelu *om. s* | neque aliquo malo *E*, neque alio malo *a* ‖ 23 etiam *post* interest *addunt acgs* | interest — ualeat *incl. s* | profana *L*, prophanata *S*

Contra culices et limaces uel amurcam recentem uel ex cameris fuliginem spargimus.

Contra formicas, si in horto habent foramen, cor noctuae admoueamus: si foris ueniunt, omne horti spatium cinere aut cretae candore signabimus.

3 Contra erucas semina, quae spargenda sunt, semperuiui suco madefiant uel erucarum sanguine. cicer inter olera propter multa portenta serendum est. aliqui cinerem de fico super erucas spargunt. item squillam uel in horto serunt uel certe suspendunt. aliqui mulierem menstruantem nusquam cinctam solutis capillis nudis pedibus contra erucas et cetera hortum faciunt circumire. aliqui fluuiales cancros pluribus locis intra hortum crucifigunt.

4 Contra animalia, quae uitibus nocent, cantharides, quas in rosis inuenire consueuimus, oleo mersas resolui patieris in tabem et, cum putandae sunt uites, hoc oleo falces perunges. extinguuntur cimices amurca et felle bubulo lectis aut locis perunctis uel foliis ederae tritis ex oleo uel incensis sanguisugis.

5 Vt olera animalia infesta non generent, in corio testudinis omnia semina, quae sparsurus es, sicca uel mentam locis pluribus, maxime inter caules, sere. hoc praestare fertur eruum aliquantulum satum, praecipue ubi radices et rapa nascuntur. uel acre acetum

1 Contra culices *addit in margine* G^3 ‖ 2 ea (*pro* ex) *L*, a *G*, ex cameris *omittit in textu*, in cameris *in margine praebet V* ‖ 3 Contra formicas *addit in margine* G^3 ‖ 4 foras *G* | 5 signauimus *LVF*, signemus *acgs* ‖ 6 aspgenda sunt *V* | semperuiua *F*, semperuiuae *Giacgs* ‖ 7 uel madeficiant *S in margine* | cicer autem *E* | intra *acg* ‖ 9 ficu *SE* ‖ 10 in ortum *E* ‖ 11 menstruatam *V* ‖ 13 circuire *VE* ‖ 14 clavis figunt *acgs* ‖ 15 Contra animalia quae uitibus nocent *addit in margine* G^3 ‖ 16 olea *Q* ‖ 17 patiaris *E* | intauem *LQ* | uites *om. E* ‖ 18 falces putatorias *a*, falces [putatorias] *cgs* | perungues *LQVG* | extinguntur *LQVSTGEa* ‖ 19 et felle bubulo *om. p* ‖ 20 sanguisugiis *Q* ‖ 24 herbum *QSV* | statum *LQV*, stratum *i* ‖ 25 pascuntur *E*

suco hyosciami mixtum fertur olerum pulices necare, si spargas.

6 Campas fertur euincere, qui fusticulos allii sine capitibus per horti omne spatium comburens nidorem locis pluribus excitarit. si uitibus consulemus, allio trito falces putatoriae feruntur ungendae. nasci quoque prohibentur, si circa arborum uel uitium crura bitumen et sulfur incendas uel si ablatas de horto uicino campas aqua excoquas et per horti tui spatia uniuersa diffundas.

Ne cantharides uitibus noceant, in cote, qua falces acuuntur, ipsae sunt conterendae.

7 Democritus adserit neque arboribus neque satis quibuslibet noceri posse a quibuscunque bestiis, si fluuiales cancros plurimos uel marinos, quos Graeci paguros nominant, non minus quam decem fictili uasculo in aqua missos tegas et sub diuo statuas, ut decem diebus sole uaporentur. postea quaecunque inlaesa uolueris esse, perfundas et octonis diebus peractis hoc repetas, donec solide, quae optaueris, adolescant.

8 Formicas abiges origano et sulfure tritis foramen aspergens. hoc et apibus nocet. item coclearum uacuas testas si usseris et eo cinere foramen inculces.

1 hyosquiami *G*, iusquiami *S* (*in margine*) *FEiacg*, iusquiamo *T* | olerum *om. G* ‖ 3 genus uermicum est in ortis et uineis uel agris quas *V supra* Campas fertur | posse euincere *V* | aliis *LV* ‖ 5 consulimus *T*, Si contra easdem uitibus uoluerimus consulere *iacgs* ‖ 6 unguendae *TGgs* ‖ 7 perhibentur *G* | arbores uitium *V* ‖ 8 sulphur *QSTi* ‖ 9 aquam *LQ*, excoquas aqua *acgs*, exquoques *L*, exquoquas *T* | tui *om. G* ‖ 11 antharide *L* | noceant—conterendae *om. p* | in cute *L*, incantae *L*, inchote *E* | quo *V* ‖ 16 *πάγουρος i*, *παγούρους acgs* | minus quos fictili uase *E* ‖ 17 sub dio *acgs* | statues *i* ‖ 18 decem *om. E* | per solem *E* ‖ 19 ea aqua perfundas *a*, [ea aqua] perfundas *cgs* ‖ 20 solidae *G* ‖ 22 De formicis *addit* G^3 *in margine* | auiges *Q*, auges si *V*, metuens *p* | trito *E* | sulphure *QSTi* ‖ 23 asperges *p*, si—asperges *iacgs* | cloclearum *LT*, cochlearum *cgs*

Culices galbano infuso fugantur aut sulfure, pulices amurca per pauimentum frequenter aspersa uel cymino agresti cum aqua trito uel cucumeris semen agrestis aqua resolutum saepe infundens uel aquam lupinorum psilotri austeritatibus iutam. 9

Mures, si amurcam spissam patinae infuderis et in domo nocte posueris, adhaerebunt. item necabuntur, si helleboro nigro caseum uel panem uel adipes uel polentam permisceas et offeras: et agrestis cucumeris et colocynthidis suffusio sic nocebit.

Aduersus mures agrestes Apuleius adserit semina bubulo felle maceranda, antequam spargas. nonnulli rododafnes foliis aditus eorum claudunt, qui rosis his, dum in exitum nituntur, intereunt.

Talpas Graeci hoc genere persequuntur. nucem 10
perforari iubent uel aliquod pomi genus soliditatis eiusdem. ibi paleas et cedrum cum sulfure sufficienter includi. tunc omnes paruulos aditus et reliqua spiramenta talparum diligenter adobrui, unum foramen, quod amplum est, reseruari, in cuius aditu nucem intus incensam sic poni, ut ab una parte flatus possit accipere, quos ab alia parte diffundat: sic inpletis fumo cuniculis talpas uel fugere protinus uel necari.

1 Contra pulices *addit* G^3 *in margine* | sulphure *QSTi*, sulfure. Pulices *gs* ‖ 3 cimino *QSia* | uel si *acgs* | agrestis semen *iacgs*, agrestis *om. p* ‖ 4 infundes *acgs* | aqua *E* ‖ 5 iutum *V in ras.*, iunctam *Eiacgs* ‖ 6 amurgam *Q* | spissa *G* ‖ 8 elleboro *QVS*, elloboro *T* | panes *E* | adipe *p* ‖ 9 polenta *G* | et agrestis cucumeris *om. p* ‖ 10 coloquintidis *LQSTGia*, colochintidis *V*, coloquinti diffusio *E* | sic *om. p* ‖ 11 aduersum *G* ‖ 13 rododafnis *G*, rodafnes *E*, rododaphes *T*, rododa *V*, rhododaphnis *a*, rhododaphnes *cgs* ‖ 14 in exitu *gs* ‖ 15 Contra talpas *addit* G^3 *in margine* | persecuntur *QVGE* ‖ 16 aliquid *E* | generis *E* ‖ 17 cedram *LQV*, cedriam *STE*, ceram *Facg* ‖ 19 obrui *VTGEi*, obstrui *acgs* ‖ 20 amplius *s* | sit *acgs* ‖ 21 accensam *E* | supponi *p* ‖ 23 uel fugare poteris protinus uel necare *E*

11 Mures rusticos, si querno cinere aditus eorum satures, adtactu frequenti scabies occupabit ac perimet. Serpentes prope omni austeritate fugantur et nocentes spiritus innocentia fumi graueolentis exagitat. uramus galbanum uel cerui cornua, radices lilii, caprae ungulas. hoc genere monstra noxia prohibentur.

12 Opinio Graecorum est, si nubes locustarum repente surrexerit, latentibus infra tecta cunctis hominibus eam posse transire: quod si inobseruantes homines sub aere deprehendant, nullum fructum noceri, si continuo omnes ad tecta confugiant. pelli etiam dicuntur amari lupini uel agrestis cucumeris aqua decocta, si muriae mixta fundatur. aestimant aliqui locustas uel scorpios fugari posse, si aliqui ex his urantur in medio.

13 Campas nonnulli ficulneo cinere persequuntur: si permanserint, urina bubula et amurca aequaliter mixta conferueant et, ubi refrixerint, olera omnia hoc imbre consperge. prasocoridas Graeci uocant animalia, quae solent hortis nocere. ergo uentriculum ueruecis statim occisi plenum sordibus suis, spatio, quo abundant, leuiter debebis operire. post biduum reperies ibi animalia ipsa congesta. hoc cum bis uel tertio feceris, genus omne, quod nocebat, extingues.

14 Grandini creditur obuiare, si quis crocodili pellem

1 quercino V^2, querneo *gs* ‖ 2 adtatu *Q*, a tactu *F*, atactu *E*, tactu *V cum lacuna erasa* | scauies *Q*, cauus V^1, caput eorum V^2 ‖ 3 nocens *V cum rasura* | nocentia *V* ‖ 4 graue olentis *i* ‖ 5 Itaque *ante* uramus *supra* V^2 ‖ 6 serpentes *supra* monstra V^2 ‖ 8 surrexit *Q*, surrexerint *iacgs* | intra *ags* | 9 obseruantes *SE* ‖ 10 nulli fructuum *acgs* ‖ 13 in urine (*pro* muriae) *F* | Existimant *acgs* ‖ 14 lucustas *L* | fugarari *L* | ex eis *iacgs* ‖ 16 persecuntur *QVTG*, prosecuntur *E* ‖ 18 cum ferueant *V* | refrigerint E^1, u E^2 *supra* | uel *supra* olera *V* ‖ 19 conspergere *Ei* | Rasocoridas *F*, *προσοκορίδας ia*, *πρασοκούριδας c*, *πρασοκουρίδας gs* ‖ 20 uentriculo *E* | statim ueruecis *VTF*, statim uerueces *L*, statim uerbecis *G*, statim *om. Q* ‖ 21 pleno *E* | spatium *E* ‖ 22 debes *E* ‖ 23 ipsa *om. p* | et tertio *p* ‖ 24 nocebit *Gacgs* | extinguis *LQVSTGFEp* ‖ 25 crocodilli *QVSTE*

uel hyaenae uel marini uituli per spatia possessionis circumferat et in uillae aut cortis suspendat ingressu, cum malum uiderit imminere. item si palustrem testudinem dextra manu supinam ferens uineas perambulet et reuersus eodem modo sic illam ponat in terra, ut glebas dorsi eius obiciat curuaturae, ne possit inuerti sed supina permaneat. hoc facto fertur spatium sic defensum nubes inimica transcurrere. non- 15
nulli ubi instare malum uiderint, oblato speculo imaginem nubis accipiunt et hoc remedio nubem, seu ut sibi obiecta displiceat seu ut tamquam geminata alteri cedat, auertunt. item uituli marini pellis in medio uinearum loco uni superiecta uiticulae creditur contra imminens malum totius uineae membra uestisse.

Omnia semina horti uel agri feruntur ab omni- 16
bus malis ac monstris tuta seruari, si agrestis cucumeris tritis radicibus ante macerentur. item equae caluaria sed non uirginis intra hortum ponenda est uel potius asinae. creduntur enim sua praesentia fecundare, quae spectant.

DE AREA.

Area longe a uilla esse non debet et propter XXXVI
exportandi facilitatem et ut fraus minor timeatur domini uel procuratoris uicinitate suspecta. sit autem uel strata silice uel saxo montis excisa uel sub ipso triturae tempore ungulis pecorum et aquae admixtione solidata, clausa deinde et robustis munita cancellis

1 hynae *L*, hiaene *Q*, hyenae *V*, yene *E* ‖ 2 cortis *V*, v *supra* o ‖ 3 plaustrem *L* ‖ 5 deponat *E* | in terram *G* ‖ 6 et (*pro* ut) *QSTiacgs* ‖ 7 sopina *V* ‖ 9 speculo *om. E et lacunam per rasuram factam praebet* ‖ 10 aspiciunt *E* | seu *om. E* ‖ 11 sibi sit *E* | ut *omittunt Gacgs* ‖ 12 cedant *L* | uticule *Q* ‖ 17 item—spectant *om. p* ‖ 18 calburia *L*, calbaria *E* ‖ 19 etiam (*pro* potius) *acgs* | enim *om. E* ‖ 22 et *om. V* ‖ 23 facultatem *E* ‖ 25 salice *E* ‖ 27 solidata *om. G* | et *om. E*

2 propter armenta, quae, cum teretur, inducimus. sit circa hanc locus alter planus et purus, in quem frumenta transfusa refrigerentur et horreis inferantur: quae res in eorum durabilitate proficiet. fiat deinde undecumque proximum tectum, maxime in umidis regionibus, sub quo propter imbres subitos frumenta, si necessitas coegerit, raptim uel munda uel semitrita ponantur. sit autem loco sublimi et undecumque perflabili, longe tamen ab hortis, uineis atque pometis. nam sicut radicibus uirgultorum prosunt laetamen et paleae, ita insidentes frondibus has perforant atque arere conpellunt.

DE APIVM CASTRIS.

XXXVII. Apibus stationem non longe a domnicalibus uel in horti parte secreta et aprica et a uentis remota et calidiore locare debemus, quae in quadratam constituta mensuram fures et accessus hominum pecudumque submoueat. sit abundans floribus, quos uel in herbis uel in fruticibus uel in arboribus pro-
2 curet industria. herbas nutriat origanum, thymum, serpillum, satureiam, melisfyllum, uiolas agrestes, asfodilum, citreaginem, amaracum, hyacinthum, qui iris

1 quecumque *L* | teritur *Qiacgs*, terentur *F* ‖ 4 inde *L* | 5 undecumque *incl. gs*, *om. p* ‖ 6 per ymbres *E* | frumenta subitos *E* ‖ 7 cogerit *E* | raptim munda *p* ‖ 8 Sit area loco *S*², Sit hoc loco *T*, Sit autem area loco *a*, Sit autem [area] loco *cgs* ‖ 9 fluuiali *E* ‖ 10 uirguleorum *E* ‖ 11 has *om. codices et p*, eas *habet a*, [eas] *cgs* | atque *om. F* ‖ 12 arare *LQG*, aree *F*, arescere *p* ‖ 14 stationem *om. E* | adominicalibus *VTG*, a domicalibus *SE*, a domini aedibus *iacgs* ‖ 15 uel *om. cgs* ‖ 16 calidiora *G* ‖ 18 sit et abundans *p* ‖ 19 uel (*ante* in herbis) *om. SEacgs* | fructicibus *V*, fructibus *SEF* ‖ 21 serpillum *om. VT* | melisfylum *V*, melisfillum *QSTF*, merisfillum *G*, mellisfillum *E*, melisphyllum *edd.*, *om. p* | agrestes *om. p* | asfodillum *G*, asfodium *E*, affodillum *i*, *om. p* ‖ 22 citriaginem *LQSTVEGF*, citraginem *acgs*, *om. p* | amanteum *F* | iacinthum *QVGF*, iacinctum *STE* | quiris *E*

uel gladiolus dicitur similitudine foliorum, narcissum, crocum ceterasque herbas suauissimi odoris et floris. in fruticibus uero sint rosae, lilia, uiolae flauae, rosmarinus, ederae: in arboribus zizyfus, amygdalus, persicus, pirus pomiferaeque arbores, quibus nulla amaritudo respondet flore desucto: siluestria uero glandifera robora, terebinthus, lentiscus, cedrus, tilia, ilex minor et linus. sed taxi remoueantur inimicae. primi saporis 3
mella thymi sucus effundit, secundi meriti thymbra, serpillum uel origanum, tertii meriti rosmarinus et satureia. cetera ut arbutus et olera saporem rustici mellis efficiunt. sint autem arbores a septemtrionali parte dispositae. frutices atque uirgulta ordines suos sub maceriis exequantur. herbas deinde plano post frutices conseremus. fons uel riuus huc conueniat otiosus, qui humiles transeundo formet lacunas, quas operiant rara et transuersa uirgulta sedes tutas apibus praebitura, cum sitient. sed ab his apium castris 4
longe sint omnia odoris horrendi, balneae, stabula, coquinae fusoria. fugemus praeterea animalia, quae sunt apibus inimica, lacertos et blattas et his similia. aues etiam pannis et crepitaculis terreamus. purus custos frequens et castus accedat habens noua aluearia

1 similitudinem *LF* | nascissum *Q* || 3 in fructicibus *V*, in fructibus *LEF* | lilia *om. G* | uiolae *om. acgs* | flabae *LSTGE*, flabe *F*, fabae *Qacgs* | rosmarinus *om. F* || 4 ederae *om. F* | tityphus *Q*, zyzyphus *VS*, ziziphus *Gc*, zizifus *E* | rosmarinus edere amygdalus *F* | amigdalus *GVST* || 6 floris *p* | desuco *LQT*, defuncto *E*, uel sucto V, uel succi *p*, uel suco *G*, uel succo *a* | grandifera *Q* || 7 tulea *L* | ulex *LQG* || 8 thinus *V*, cinus *ac*, linus *g*, pinus *s* | inimica. Sed primi *G* || 9 thimi *S*, thymi *edd.* | effudit *L* | tymbra *SV*, thymbre *F* || 11 et caetera *L*, cetera uero *E* | holera *Q* | soporem *Q* || 14 exequuntur *a* | in plano *SEFiacgs* || 15 riuus sit qui *p* || 16 quas—sitient *om. p* || 17 rura *E* | et transuersa — sitient *om.* V^1 *in textu, addit* V^2 *in margine* || 18 conficient *F* | a castris apium *p*, apum *VE* || 19 fient *S*, fiant *E* | omnia — coquinae *om. p* || 20 fossoria *E* | fugabimus *a* | animalia *om. G* || 21 lacertas *GE* | et (*post* lac.) *om. iacgs* | blathas *T* || 22 pannis et *om. p* || 23 custos *om. G*

praeparata, quibus excipiatur examinum rudis iuuen-
5 tus. uitetur odor coeni et cancer exustus et locus, qui ad humanam uocem falsa imitatione respondet. absint et herbae tithymallus, elleborum, thapsia, absinthium, cucumis agrestis et omnis amaritudo conficiendae aduersa dulcedini.

6 (XXXVIII) Aluearia meliora sunt, quae cortex formabit raptus ex subere, quia non transmittunt uim frigoris aut caloris. possunt tamen et ferulis fieri. si haec desint, salignis uiminibus fabricentur uel ligno cauatae arboris aut tabulis more cuparum. fictilia deterrima sunt, quae et hieme gelantur et
7 (2) aestate feruescunt. sed inter ea loca, quae muniri debere praecepi, podia ternis alta pedibus fabricentur inducta testaceo et albario opere leuigata propter lacertorum ceterorumque animalium noxam, quibus est moris inrepere: et supra haec podia aluearia conlocentur ita, ut non possint imbre penetrari, spatiolis inter se patentibus segregata. angustus tamen aditus admittat examina propter frigoris et caloris iniuriam. sane uentis frigidioribus altus paries resistat, qui locum
8 (3) possit defensis sedibus apricare. aditus omnes soli obponantur hiberno, qui in uno cortice duo uel tres

1 iubuntus *L* ‖ 2 uitetur *om. p* | stercoris *V*[1], coeni *om. V*[1], *hab. V*[2] *supra*, feni *E* | adustus *Tiacgs* ‖ 4 titimallus *Q*, titymallus *V*, tytimallus *S*, tytimalus *T*, tithymalus *s*, tithymallus *cet. edd.* | elleborum *QVST* | tapsia *om. p*, tarsia *habent LST*, tharsia *QG*, thabsia *F*, thabisia *V in rasura* | absentium *LQ*, absintium *STE* ‖ 5 cucumeris *V* ‖ 7 Tit. XXXVIII. DEUASCULISAPUMFORMANDIS *G*, De vasculis apium formandis. Alvearia *ac*, XXXVIII. Aluearia *gs*, albearia *QS* | formauit *E* ‖ 8 ex ubere *QS* (s *supra*) *E* ‖ 9 ex ferulis *Tiac* ‖ 10 hae *iacgs* | saliginis *LVGE* | inaminibus *F* ‖ 11 stabulis *E* ‖ 12 teterrima *V* ‖ 14 praecipi *LG*, praecepimus *iacgs* ‖ 15 induta *LVTGE*, induata *S* | albari *Q* | lacertarum *GEp* ‖ 17 moris est *E* | odia *L*, duo *Q*, *om. p* | albearia *QS* ‖ 20 admittant *Q*, admixtat *E* ‖ 22 applicare *Q*, aplicare *F* ‖ 23 qui *om. V* | corpore *Ga*

esse debebunt ea magnitudine, quae apis formam non possit excedere. sic enim noxiis animalibus ingressu resistetur angusto: uel si apes obsidere uoluerint, exeuntes alio, cum non defuerit, utentur egressu.

DE APIBVS EMENDIS.

XXXVIII (XXXIX) Apes si emendae sunt, prouideamus, ut plena aluearia conparentur: quam rem uel inspectio uel murmuris magnitudo uel frequentia monstrat commeantis ac remeantis examinis: ex uicina potius quam longinqua regione, ne aeris nouitate temptentur. si uero longius aduehendae sunt, collo nocte portentur: nec conlocare nec aperire aluearia nisi uespere instante debemus. speculemur deinde per 2 triduum, ne omne ianuas suas egrediatur examen. hoc enim signo fugam meditantur adsumere. contra haec uel cetera suo unaquaeque mense reddemus. tamen creduntur non fugere, si stercus primogeniti uituli adlinamus oribus uasculorum.

DE BALNEIS.

XXXVIIII (XL) Non alienum est, si aquae copia patiatur, patremfamilias de structura balnei cogitare: quae res et uoluptati plurimum conferat et saluti. itaque balneum constituemus in ea parte, qua calor

1 magnitudinem *p* || 2 possint *L* || 3 angusta *G* || 4 cui defuerint *E*, ubi non fuerint *acgs*, *om. p* | uitentur *LVG*, uitent *F* || 7 albearia *QS* | uel *om. G* || 8 monstrat *om. p* || 9 examinis probant *p* | et ex *Ta*, [et] ex *cgs* | 10 quam ex *a*, quam [ex] *cgs* || 11 tereantur *p*, tententur *acgs* | uehenda *E* || 12 nocte collo *Ecgs* || 13 post triduum *LSTE*, postriduum *G* || 16 et cetera *Eiacgs* | unumquodque *acgs* | reuidebimus *a* || 17 creduntur confugere *SE* | primigeniti *LSF* || 18 adliniamus *G* || 20 copiam *Q* | potiatur *E* || 21 destructa L^1, m L^2 *supra* || 22 confert *QSTFiags* || 23 constituamus E^1, e E^2 *supra*

futurus est, loco ab umore suspenso, ne uligo eum
fornacibus uicina refrigeret. lumina ei dabimus a parte
meridiana et occidentis hiberni, ut tota die solis iuue-
2 tur et inlustretur aspectu. suspensuras uero cellarum
sic facies. aream primo bipedis sternis: inclinata sit
tamen stratura ad fornacem, ut, si pilam miseris, intro
stare non possit, sed ad fornacem recurrat. sic eueniet,
ut flamma altum petendo cellas faciat plus calere.
supra hanc straturam pilae laterculis argilla subacta
et capillo constructae fiant distantes a se spatio pedis
unius et semissis, altae pedibus binis semis. super
has pilas bipedae constituantur binae in altum atque
his superfundantur testacea pauimenta et tunc, si
3 copia est, marmora conlocentur. miliarium uero plum-
beum, cui aerea patina subest, inter soliorum spatia
forinsecus statuamus fornace subiecta, ad quod milia-
rium fistula frigidaria dirigatur et ab hoc ad solium
similis magnitudinis fistula procedat, quae tantum
calidae ducat interius, quantum fistula illi frigidi
liquoris intulerit. cellae autem sic disponantur, ut
quadrae non sint, sed verbi gratia si quindecim pedi-
bus longae fuerint, decem latae sint: fortius enim
4 uapor inter angusta luctabitur. soliorum forma pro
uniuscuiusque uoluntate fundetur. piscinales cellae in
aestiuis balneis a septemtrione lumen accipiant, in
hiemalibus a meridie. si fieri potest, ita constituantur
balneae, ut omnis earum per hortos decurrat eluuies.
camerae in balneis signinae fortiores sunt: quae uero

1 ne id uligo forn. *a*, ne uligo cum forn. *Gc* ‖ 5 bispedis *E* | sternas *G* ‖ 6 ad *om.* V^1, *add.* V^2 ‖ 9 staturam *G*, statura *E* ‖ 11 binis et semis *i* ‖ 12 bipedes *E* | bene *E* | adque *Q* ‖ 15 erea *V* ‖ 16 statuemus *a* | ad adquod *L* | mimarum *F* ‖ 17 fistula—magnitudinis *om.* *E* | dirigatur—fistula *V in margine* ‖ 18 tamen *pro* tantum *E* ‖ 22 fiant *E* ‖ 24 fundentur *Q* ‖ 27 balnea *E* | eorum *E* | elubies *F*, ebulliens *E* ‖ 28 si Signinae fiant *ia*, [si] Signinae [fiant] *cgs* | uero *om.* *i*

de tubulis fiunt, uirgis ferreis transuersis et ferreis
arcubus sustinentur. sed si tubulos nolis inponere, 5
super arcus ac uirgas bipedas constitues ferreis an-
coris conligatas capillo inter se atque argilla subacta
cohaerentes et ita inpensam testaceam subterinduces:
deinde albarii operis nitore decorabis. possumus etiam,
si conpendio studemus, hiberna aedificia balneis in-
ponere: hinc et habitationi teporem submittimus et
fundamenta lucramur.

DE MALTHIS CALIDAE ET FRIGIDAE.

Scire conuenit, quoniam de balneis loquimur, XXXX
quae sint malthae calidariae uel frigidariae, ut, (XLI)
si quando in soliis scissa sint opera, possit repente
succurri. calidariae conpositio talis est. picem duram,
ceram albam ponderibus aequis, stupam, picis liqui-
dae totius ponderis dimidiam partem, testam minu-
tam, florem calcis, omnia simul mixta confundes et
iuncturis curabis inserere. aliter ammoniacum remis-
sum, ficum, stupam, picem liquidam tundes in pilo
et iuncturas oblines. aliter ammoniacum et sulfur 2
utrumque resolutum line uel infunde iuncturis. item
picem duram, ceram albam et ammoniacum super
remissum simul iuncturis adline et cautere cuncta

1 tabulis *Giacgs* | fiunt *om. E* || 2 arcubus—ferreis *om. G* | tabulas *Giacgs*, Sed gigibulos *E* || 3 bipedes *EFi* || 4 et argilla *E* || 5 subter inducis *QVSTGEFacgs*, subinterducis *L*, superinducis *i* || 6 aluearii *L* || 8 huic *G*, Huic enim *pro* hinc et *V* | summitibus *Q* || 10 calidaria et frigidaria *iac* || 12 sunt *omnes* | caldariae *VG*, calderie *E* | uel frigidariae *om. E* || 13 scisa *LE* | sunt *iacgs* | possint *L* || 14 Calidarum *QVSTGEF*, Callidarum *L* || 15 Stuppam *G* || 16 munitam *V* || 17 confundis *LQVSTGEF*, confu . . . *P**), in pila contundes *acgs* || 18 iuncturis—in pilo et *om. G* || 19 stuppam *QS* | confundis *G*, tundis *ceteri* | in *om. ags* || 20 oblinis *omnes* || 23 adlide *G*, obline *E* | caute *VF*, cauture *E*

*) *De codice P vide praef.*

percurre. item florem calcis cum oleo mixtum iunctu-
3 ris inline et caue, ne mox aqua mittatur. aliter san-
guini taurino et oleo florem calcis admisce et rimas coniunctionis obducito. item ficum et picem duram et ostrei testas siccas simul tundes. his omnibus iuncturas diligenter adlines. item malthae frigidariae, sanguinem bubulum, florem calcis, scoriam ferri pilo uniuersa contundes et ceroti instar efficies et curabis adlinere. item seuum liquefactum cribellato cineri admixtum frigidae aquae inter rimas labenti, si adlinatur, obsistet.

DE PISTRINO.

XXXXI (XLII) Si aquae copia est, fusoria balnearum debent pistrina suscipere, ut ibi formatis aquariis molis sine animalium uel hominum labore frumenta frangantur.

DE INSTRVMENTIS AGRESTIVM.

XXXXII (XLIII) Instrumenta uero haec, quae ruri necessaria sunt, paremus, aratra simplicia uel, si plana regio permittit, aurita, quibus possit contra stationes umoris hiberni sata celsior sulcus adtollere, bidentes,
dolabras, falces putatorias, quibus in arbore utamur
2 et uite: item messorias uel fenarias, ligones, lupos
id est serrulas manubriatas minores maioresque ad

2 inlini *T* | aqua mittatur mox *E* | sanguine *G* || 3 rima *E* || 5 ostrae *S*, ostreae *GE*, hostrei *T*, ostrai *F* || 6 adlines diligenter *E* || 7 schoream *L*, i *supra*, scoream *V* || 8 contundis *LQVSGEFi* || 9 adlinire *QTGEiags*, allinere *S* | criuellato *QSTF* || 10 lauanti *SE*, lauenti *F* | adliniatur *EF* || 13 fusura *LPQ*V^1*TGEiac*, s *addit* V^2, fusuras *habent SEgs*, fissuras *F* || 14 et pistrina *LSEF* | ut ubi *LQG* || 15 mollissime *L* | animalibus *G* || 16 frantur *Q* || 18 Instrumenta uero haec *om. p* || 19 praeparemus *a* || 21 attolli *p*, q. possint c. s. u. h. s. celsiore sulco attolli *acgs* || 22 dolabra *E* || 23 uitae *G* | missorias *L* | lupus *Q* || 24 ferulas *E*

mensuram cubiti, quibus facile est, quod per serram fieri non potest, resecando trunco arboris aut uitis interseri, acus, per quas in pastinis sarmenta merguntur, falces a tergo acutas atque lunatas, cultellos item curuos minores, per quos nouellis arboribus surculi aridi aut extantes facilius amputentur: item 3
falciculas brevissimas tubulatas, quibus silicem solemus abscidere, serrulas minores, uangas, runcones, quibus uepreta persequimur, secures simplices uel dolabratas, sarculos uel simplices uel bicornes uel ascias in auersa parte referentes rastros: item cauteres, castratoria ferramenta atque tonsoria uel quae ad animalium solent pertinere medicinam. tunicas uero pel- 4
licias cum cucullis et ocreas manicasque de pellibus, quae uel in siluis uel in uepribus, rustico operi et uenatorio possint esse communes.

Expletis his, quae pertinent ad generale praeceptum, nunc operas suas singulis mensibus explicabimus et a mense Ianuario faciemus initium.

1 quod — resecando *om. p* || 2 truncis arboris interseri, quod per sarpam fieri non potest: acus *p* || 3 acos *V* || 4 adque *Q* || 5 inter *pro* item *E* | curuos *om. p* || 6 amputantur *E* || 7 faculas *p* | tabulatas *LG*, tribulatas *iacgs* | solebamus *E* || 8 abscindere *ags* | bangas *PVSp*, uuangas *Qi*, uanguas *E* || 9 securas *S* || 10 simplices. bicornes *E* | et ascias *Es* || 11 aduersa *PGEi* | in — rastros *om. p* | cauteros *E* || 13 uero *om. p* | pelliceas *a* || 14 culis L^1, cu L^2 *supra*, pellicias. cucullas *E* | ocreis manicas *p* || 15 quae *om. G* | uel *ante* in siluis *om. LFp* | opere *E* || 16 possunt *E* || 17 Expletis — initium *habent codd. ante caput I libri II* || 19 a *om. GE* | initium faciamus *T*

LIBER SECVNDVS
SIVE
MENSIS IANVARIVS.

TITVLI.

I De ablaqueandis uitibus.
II De pratis abstinendis in locis macris.
III De proscindendis agris et iungendis bubus uel arandi disciplina.
IIII De hordeo galatico serendo.
V De cicercula serenda cum disciplina sua.
VI De uicia serenda non ad pabulum secandum sed ad semina redigenda cum disciplina sua.
VII De feno graeco serendo legendi seminis causa cum disciplina sua.
VIII De eruo serendo.
VIIII De sariendis frumentis et leguminibus.
X De pastinandi generibus et scrobibus uitium.
XI De tabulis uinearum.
XII De mensura pastini italica.
XIII De solo et caelo et loco pangendis uineis congruenti et ea, quae illuc pertinet, disciplina.

1 LIBER—IANVARIVS *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS IANVARII *omnes fere codices et editiones*, Incipiunt capitula libri secundi *E*, TITVLI—horis *om. c* ‖ 5 laqueandis *E* ‖ 7 unguendis *L* | bobus *Eia* ‖ 9 ordo *E* ‖ 10 sua disciplina *E* ‖ 11 secanda *a* ‖ 12 sua disciplina *E* ‖ 13 VII—sua *om. G* ‖ 14 sua disciplina *E* ‖ 15 herbo, heruo, eruo *codices*, Herbo *i* ‖ 16 cum disciplinis suis *addunt ia* ‖ 21 et ea *om. G*

DE ABLAQVEANDIS VITIBVS.

Ianuario mense locis temperatis ablaqueandae sunt I
uites, quod Itali excodicare appellant, id est, circa uitis codicem dolabra terram diligenter aperire et

1 in eodem (*pro* in eo de) *PLQGa* ‖ 2 sua disciplina. XV. De nasturcio. similiter et *E* | item nasturtio similiter et *fere omnes* ‖ 3 uruca *LQV* | XVI De caulibus *E*, item caulibus *omnes alii* | ulpio *Q* ‖ 4 XVII *E* | amigdalo *PSV*, et amigdalo *E* ‖ 5 iugilandi *E*, iuglande *ia* | de pomis tuberum: et de caeteris *i*, de aliis *a* ‖ 6 mensibus suis *S*, suis *om. E* ‖ 8 XVIII *E* | pennarum *L* ‖ 9 echinis *gs* ‖ 10 XVIII *E* | myrtino *et* mirtino *codices* ‖ 11 XIX *E* | myrticae *L*, myrtitie *Q*, mirtino *E* ‖ 12 XX *E* ‖ 13 XXI *E* | de lentiscino oleo *LQGSia* ‖ 14 XXII *E* | pastu *gs* ‖ 15 XXIII *E* | edenda *L*, decenda *Q* | matherie *VE*, Decedendamate *G* ‖ 16 XXIIII *E* ‖ MENSIS IANVARIVS. *addunt codices et i praeter E, qui habet* Incipit liber II. de mense ianvario | Expletis—initium (*confer supra*) *codices post* MENSIS IANVARIVS *habent* ‖ 20 radicem *a* | dolabro *E*

purgatis omnibus uelut lacus efficere, ut solis teporibus et imbribus prouocetur.

DE PRATIS ABSTINENDIS IN LOCIS MACRIS.

II Apricis aut macris aut aridis locis prata iam purganda sunt et a pecore uindicanda.

DE PROSCINDENDIS AGRIS ET IVNGENDIS BVBVS VEL ARANDI DISCIPLINA.

III Pingues et sicci agri proscindi et apparari iam possunt. sed boues melius collo quam capite iunguntur: quos, ubi ad uersuram uenerint, arator retineat et iugum propellat, ut eorum colla refrigerentur. sulcus autem in arationibus longior quam centum uiginti pedum esse non debet. seruandum est, ne
2 inter sulcos non mota terra relinquatur. glebae omnes dolabris dissipandae sunt. sed aequaliter terram motam esse cognoscis, si transuersam per sulcos perticam mittas: quae res saepius facta bubulcos ab hac neglegentia summouebit. obseruandum, ne lutosus ager aretur aut, quod saepe fit, post longas siccitates leui
3 imbre perfusus. nam terra, quae lutosa tractatur in primordio, fertur toto anno non posse tractari: quae autem supra leuiter infusa est et subter sicca, si tunc aretur, adseritur per triennium sterilis fieri. et ideo mediocriter infusus ager, ut nec lutosus nec aridus sit, proscindi debet. si collis est, transuersus

1 temporibus *G*, temperibus *E* ‖ 2 et imbribus *om. G* | prouocentur *iacgs* ‖ 7 bobus *Eiac* ‖ 8 aperiri *E*, apta *p* ‖ 10 ueniunt *i* ‖ 12 aut in ationibus *Q*, autem mansionibus *F* ‖ 13 seruandum uero est *as*, [uero] *cg* ‖ 14 aequaliter mota *i* ‖ 15 si E^1, sic E^2 *pro* dolabris ‖ 16 [esse] *cg* ‖ 18 summouet *G* | Obseruandum est *ias*, [est] *cg* | lutosis *P*, lutuosos *QE* ‖ 20 perfusis *P* | lutuosa est tractatur *E* ‖ 21 principio *p* ‖ 24 lutuosus *E*

per latera sulcetur. quae forma tunc seruanda est, cum semen accipiet.

DE HORDEO GALATICO SERENDO.

Si clemens fuerit hiems, hordeum galaticum, IIII quod graue et candidum est, circa idus ianuarias seramus locis temperatis. octo modiis iugerum conplebitur.

DE CICERCVLA SERENDA CVM DISCIPLINA SVA.

Cicercula mense hoc seritur loco laeto, caelo V umido. tres modii iugerum conplent. sed hoc genus seminis raro respondet, quia decipitur austro uel siccitate, dum floret, quod tunc prope necesse est euenire.

DE VICIA SERENDA CVM DISCIPLINA SVA.

Hoc mense ultimo colligendi seminis causa, non VI pabuli secandi uicia seritur. iugerum sex modii occupant. serenda est in terra proscissa post horam secundam uel tertiam, cum ros esse desierit, quem ferre non potest. sed statim cooperienda est ante noctem. nam si nuda manserit, noctis umore corrumpitur. obseruandum est, ne ante uicesimam quintam lunam seratur, quia sic satam limaces persequuntur.

3 SERENDO *om. E* ‖ 4 hyens *E* ‖ 5 Ianuarii *Ep* ‖ 8 cicervla *E* | cum disciplina sua *om. iac* ‖ 9 Cicerula *E* ‖ 14 De uitia serenda non ad pabulum secanda sed ad semina *E* | cum disciplina sua *om. E* ‖ 16 pabulis *G* | iungerum VI modio *L* ‖ 21 est *om.* V^1p | uicensimam *L* ‖ 22 quintam *om. E* | quam sictam *Q*

DE FENO GRAECO SERENDO.

VII Fenum graecum in Italia colligendi seminis causa mense ianuario ultimo circa februarias calendas serimus. sex modii iugero sufficient. arandum est spisse, sed non alte. nam si plus quam quattuor digitis obruatur, difficile nascitur. idcirco quidam minimis aratris proscissa prius terra seminant et sarculis statim sata cooperiunt.

DE ERVO SERENDO.

VIII Eruum seri et hoc mense nouissimo potest loco sicco et macro. in iugero quinque modii seruntur.

DE SARIENDIS FRVMENTIS ET LEGVMINIBVS.

VIIII Hoc mense serenis et siccis diebus, dum gelicidium non est, sunt sarculanda frumenta. quod opus plerique negant fieri debere, quia radices eorum detegantur aut incidantur et necentur frigore subsecuto. mihi uidetur herbosis locis tantum esse faciendum. sed triticum et far saritur quattuor foliorum, hordeum quinque, faba et legumina, cum supra terram quat-
2 tuor digitis fuerint. lupinus uero, qui unam radicem habet, si sarculetur, extinguitur: quod nec desiderat, quia herbas praeter auxilium cultoris adfligit. faba autem, si bis sarculetur, proficiet et multum fructum et maximum redditura, ut ad mensuram modii con-

1 SERENDO *om.* *E* ‖ 4 iugerum E^1, *ad* iugerum E^2 | sufficiunt *G et editiones* | est *om.* *p* ‖ 5 digtis *V* ‖ 6 difficele *G* | Iccirco *E* ‖ 7 aratis V^1 | proscissam *Ei* | terram *Ei*, terre *G* | statim sarculis *E* ‖ 9 HERUO *vel* HERBO *fere omnes et sic saepius* ‖ 10 ultimo *G* | loco *om.* *E* ‖ 13 gelicidia *PLQVSEF* ‖ 14 sarculenda *G*, frumenta sarculanda *E* | opus *om.* *E* ‖ 16 aut nec *p* ‖ 17 mihi autem uidetur *iacgs* ‖ 20 quia (*pro* qui) *s* ‖ 21 quod — adfligit *om.* *p* ‖ 23 sarculetur non affligitur sed proficiet *p* ‖ 24 redditur aut *PLQV*[1], reddit, ut *STE*, reddet *Gp*, afferet *cgs*

plendi fresa propemodum sicut integra respondeat. si siccas segetes sarculaueris, aliquid contra rubiginem praestitisti. maxime hordeum siccum sarietur.

DE PASTINANDI GENERIBVS ET SCROBIBVS VITIVM.

Pastinum fieri nunc tempus est: quod fit tribus X generibus, aut terra in totum fossa aut sulcis aut scrobibus. terra tota debet effodi, ubi ager inmundus est, ut siluestribus truncis et radicibus filicis uel herbarum noxiarum spatia liberentur. ubi autem mundae sunt nouales, scrobibus pastinemus aut sulcis: sed sulcis melius erit, quia umorem uelut in totum spatia pastinata transmittunt. fiunt ergo sulci tanta longi- 2 tudine, quantam destinaueris tabulae, latitudine pedum duorum semis uel trium, ita ut iuncti duo fossores designatum linea spatium bidentibus persequantur altitudine trium uel duorum semis pedum. Deinde si per homines uinea colenda est, tantum crudi soli relinquimus, et sic alter sulcus inprimitur. si uero arandae sunt uineae, quinque uel sex pedum spatia, quae non sunt fodienda, relinquemus in medio. quod si 3 scrobes fieri placeat, faciemus tribus pedibus altas, duobus semis latas, tribus longas. siue fossoribus colantur uineta seu bubus, eadem spatia, quae inter sulcos sunt dicta, seruemus. ultra tres uero pedes

1 sicut *om. p* ‖ 2 aliquid et contra *PLQTG*, aliquid e contra *SE* | robiginem *L* ‖ 3 praestiti *G* | maxime si *a* ‖ 4 pastinandis *SE* | generis *P* ‖ 7 per totum *V* | effossa *E* ‖ 10 munda *E* ‖ 11 aut sulcis *om. V* | sed V^2, aut V^1 ‖ 12 qui *E* | uelit *P*, uel ut *V*, *om. acg* | in tota *acg* ‖ 14 quanta *G* | destinauerit *L*, decreueris *E* ‖ 15 duum *G* | et semis *Gias*, [et] semis *cg* ‖ 16 ludentibus *G* ‖ 17 et semis *ias*, [et] semis *cg* | et si *L*, si ligonibus *s* ‖ 18 colligenda *E* | relinquamus *E* ‖ 20 aut *E* ‖ 21 in medio relinquemus *Eacgs*, i. m. relinquimus *i*, i. m. relinquentur *p* ‖ 22 pedibus *om. E* ‖ 23 a fossoribus *V* ‖ 24 uinetas *L* | bobus *Ei* ‖ 25 seruare debemus *Ea*, seruentur *p* | Vltra uero tres *a*

altius fodiendae scrobes non sunt, ne laborent frigore sarmenta, quae pangimus. latera scrobibus aequaliter incisa sint, ne obliqua uitis saucietur alte nitentibus ferramentis, cum fossor incumbet. pastino uero, quod omne uersabitur, trium uel duorum semis pedum altitudine terra uniuersa fodiatur: in quo erit diligentia, ne crudum solum fraude occulta fossor includat. quam rem subinde custos uirga, in qua praedictae altitudinis modus designatus est, per spatia, quae fodiuntur, exploret. radices omnes et purgamenta, maxime rubi et filicis, in summum regeri faciat. quae cura in omni positionis genere et ubique seruanda est.

DE TABVLIS VINEARVM.

XI Tabulas autem pro domini uoluptate uel loci ratione faciemus siue integrum iugerum continentes seu medium seu quartanariam tabulam, quae quartam iugeri partem quadrata conficiet.

DE MENSVRA PASTINI ITALICA.

XII Mensura uero pastini haec est in tabula quadrata iugerali, ut centeni octogeni pedes per singula latera dirigantur, qui multiplicati trecentas uiginti et quat-

1 scrobae *S* ‖ 4 confossor *L*, cum forsor *G*, uini fossor *F* | Pastina *L*, Pastini *ags* ‖ 5 omne quod *i* ‖ 6 terra *om. E* | fodiantur *E*, fodietur *iacgs* | est adhibenda diligentia *s* ‖ 8 praedicitae *G* ‖ 9 per spatia quae fodiuntur custos exploret virga *p* ‖ 11 rigiri *V*, tegeri *F* ‖ 12 omnis *P* | genere positionis *SE* ‖ 14 uoluntate *TEFiacgs* ‖ 15 iugerum *om. E* ‖ 16 quaternariam *omnes praeter gs* | tertiam (*pro* quartam) *p* ‖ 18 ITALICA *om. Qiac* ‖ 19 uero *om. i* | ut in tabula *a*, [ut] in tabula *cgs* ‖ 20 iuger aliud *LQ*, ut *om. acgs* | pedes *om. E* ‖ 21 in se multiplicati *a*, [in se] multiplicati *cgs* | uiginti et XIIII pedes *S in textu, corr. in margine*, XX et quattuordecim *E*, XX et IIII pedas *G*, et XXIIII *p*, uiginti & IIII decempedes (a *supra* V^2) quadratis (a *supra* V^2) V^1, viginti quatuor d. q. *acgs*, viginti quattuor d. q. *i*

tuor decempedas quadratas per spatium omne conplebunt. secundum hunc numerum omnia, quae uolueris pastinare, discuties. decem et octo enim decempedae decies et octies subputatae trecentas uiginti quattuor explebunt. quo exemplo doceberis in maiore agro uel minore mensuram.

DE SOLO ET CAELO ET LOCO PANGENDIS VINEIS CONGRVENTI ET EA, QVAE ILLVC PERTINET, DISCIPLINA.

Sed solum uineis ponendis nec spissum nimis XIII
nec resolutum, propius tamen resoluto: nec exile nec laetissimum, tamen laeto proximum: nec campestre nec praeceps, sed potius edito campo: nec siccum nec uliginosum, modice tamen roscidum: nec salsum nec amarum, quod uitium sapore corrupto uina contristat. caelum mediocris qualitatis, tepidum tamen 2
magis quam frigidum, siccum potius quam nimis imbridum. sed ante omnia uitis procellas uentosque formidat. ad pastinandum rudes agros potius eligamus uel maxime siluestres. ultima conditio est eius loci, in quo fuerunt uetusta uineta. quod si necessitas coegerit, prius multis arationibus exerceatur, ut abolitis radicibus prioris uineae et omni earum carie et squalore depulso nouella uitis tutius possit induci. tofus et alia duriora, ubi gelu relaxantur et 3
solibus, pulcherrimas uineas ferunt refrigeratis aestate

1 quadrati *p* | spatia *G* || 3 Decem VIII *G*, Nam XVIII *p* | 4 superputate *L* | XXIIII decempedas *p* || 5 de quo exemplo *Qi* | in minore *i* || 7 SOLE *G* || 8 UINEAS *G* || 9 pertinent *S* || 10 Sed *om. p* | faciendis *E* | ne spiss. *E* | sit nimis *acgs* || 11 ne resol. *E* | proprius *E*, sit tamen resoluto proximum *i* || 12 lentissimum *E* | lento *E* || 14 rosidum *iacg* || 15 vino consistat *p* || 18 umbridum *G* || 19 nimis formidat *p* || 20 conditio *om. L* | eius locum quo *E* || 21 fuerant *PLVSTGEF* | quosi *QVST*, qui (si *supra*) *G* || 23 eius *ps*, earum omni *E* || 24 calore *E* || 25 Tusus *E* || 26 ferte *E*

radicibus et umore detento. sed et soluta glarea et
calculosus ager et mobiles lapides, si tamen haec
omnia glebis se pinguibus miscuerunt, et silex, cui
terra subposita est, quia frigidus est et umoris tenax,
radices aestate sitire non patitur. item loca, ad quae
de cacuminibus terra decurrit, uel ualles, quas flumi-
num saturabit adgestio: sed hoc in his locis, quae
4 gelu et nebulis infesta esse non possunt. argillosa
terra commoda est, argilla autem sola grauiter inimica
et cetera, quae in generalibus dixi. nam locus, qui
misera uirgulta produxerit, uel uliginosus uel salsus
5 uel amarus uel siticulosus et aridus inprobatur. niger
sabulo et rubeus utilis est, sed cui fortis terra per-
mixta est. carbunculus, nisi stercoretur, macras uineas
reddit. in rubrica difficile conprehendunt, quamuis
postea nutriantur. sed hoc genus terrae operibus
inimicum est, quia paruo uel umore uel sole nimis
madescit aut dura est. at maxime utile solum est,
quod inter omnes nimietates temperamentum tenebit
6 et raro proximum quam denso fuerit. plagam caeli
uinea spectare debet locis frigidis meridianam, calidis
septemtrionalem, tepidis orientem, si tamen austros
uel euros regio non habeat inimicos. quod si hoc
est uitium, melius in aquilonem uel fauonium uineta
7 dirigimus. sed locus, qui pastinandus est, prius in-
pedimentis et omnibus elisis liberetur arboribus, ne

1 radicibus estate *E* ‖ 3 miscuerint *a*, miscuere *icgs* | circum terram *p* ‖ 4 suppositus *p*, superposita *acgs* | est *post* subp. *om. p* ‖ 5 atque *PVF* ‖ 6 uallis *V* ‖ 7 sed—possunt *om. p* | iis *EGacgs* ‖ 8 infecta *Ea* ‖ 9 salsa *V* ‖ 11 uel uliginosus. salsus *E* ‖ 12 reprobatur *a*, adprobatur (approbatur) *ceteri praeter s* ‖ 13 rubens *E* ‖ 15 difficili *Q*, difficele *G*, difficilius *acgs* | 17 quia pastino uel humore *E*, paruo humore nimis madescit et paruo solo nimis durescit *a* ‖ 18 mad. aut siccatur *s* | aut maxime *PLQVE*, a (*ras.*)t maxime *G*, au maxime *F*, Maxime *i* ‖ 19 nimietatis V^1 | praestabit *E* ‖ 20 plus *ins. ante* proximum E^2 | fauerit *Q* ‖ 21 expectare *L* ‖ 23 habet *E* | quo *G* ‖ 26 elisis *om. p*, *incl. s*, elisionibus *hab. V* | arboris *PV*

post calcatu adsiduo terra effossa solidetur. si campus est, duobus semis pedibus pastinetur, si clivus, tribus, collis praeruptus quattuor, ne citius terra decurrat, uallis duobus pedibus. sed ager uliginosus, qui umores altius fossus eructat sicut rauennatis soli, non amplius quam in pedem semis effoditur. illud 8
experimentis adsiduis conprehendi, uites melius prouenire, si uel statim fossae terrae uel non longe ante pangantur, cum tumor pastini nondum repetita soliditate subsedit. hoc quoque in faciendis sulcis et scrobibus adprobaui, maxime ubi mediocris est terra.

DE HORTIS.

Mense ianuario lactuca serenda est uel de- XIIII
cembri, ut planta eius februario transferatur. itemque februario seritur, ut possit aprili mense transferri. sed certum est eam toto anno bene seri, si locus sit laetus, stercoratus, inriguus. antequam pangatur, radices eius resecemus aequaliter et liquido fimo linamus: uel quae iam panctae sunt, nudatae laetamen accipiant. amant solum subactum, pingue, umidum, 2
stercoratum. inter has herba manu est euellenda non sarculo. latior fit, si rara ponatur uel, cum producere incipiet caulem, eo leuiter inciso gleba prematur aut

1 terrae fossa *PLV* ‖ 2 passibus *E* | Siglis tribus *E* 3 ne—pedibus *om. p* ‖ 4 uallis uel *VSEF*, vallis vero *iacgs* | 5 humores suos altius *E* | ravennati *E* ‖ 6 non in amplius *i* | quam pede *p* | effodiatur *E*[1]*Giacgs* ‖ 7 melius uites *E* | 8 terrae *om. E* | non *om. Q* ‖ 9 petita *L* ‖ 10 haec *TGFiacgs* | sulcis *om. p* ‖ 12 IN Hortis: in eo de lactuca nasturtio eruca caulibus allio & ulpico *i*, De hortis, in eo *etc. a*, in eo *om. c cetera praeb.*, DE LACTVCA *E* ‖ 14 Item *E* ‖ 15 posint *L* | 16 ea *L* | si *om. Q* ‖ 17 pangantur *V* ‖ 18 lingamur *p*, liniamus *Ei*, i *ante* a *eras. G* ‖ 19 uel *om. p*, *incl. s* | pantae *Q*, pactae *SETcgs*, pacta *G* ‖ 20 accipiunt *E* ‖ 21 herbas *G* | uellenda *GE*, euellenda est *iacgs* ‖ 22 cum *om. Q* ‖ 23 incipiat *G*, *om. p* | leniter *p* | incisa *E* | ponatur *p*

testa. candidae fieri putantur, si fluminis harena uel
litoris frequenter spargatur in medias, et collectis
3 ipsae foliis alligentur. si uitio loci uel temporis uel
seminis cito lactuca durescit, planta eius auulsa et
denuo posita teneritudinem consequetur. item multis
seminibus condita nascetur, si caprini stercoris bacam
subula subtiliter excauaris et in ea semen lactucae,
nasturtii, ocimi, erucae, radicis inmiseris, tunc inuolu-
tam fimo bacam terra optime culta breui scrobe
demerseris. rafanus nititur in radicem. cetera semina
in summo lactuca pariter mergente prosiliunt singu-
4 lorum sapore seruato. alii hoc ita adsequuntur. auul-
sae lactucae folia carpunt, quae radicibus iuncta sunt,
et in eisdem gradibus surculo punctis praeter rafa-
num semina supradicta deponunt ac fimo adlinunt.
sic obruta iterum lactuca praedictorum seminum cau-
libus ambietur. lactuca dicta est, quod abundantia
5 lactis exuberet. hoc mense nasturtium constat et
omni tempore esse ponendum, loco, quali placebit, et
caelo: fimum non desiderat: umorem quamuis diligat,
tamen deesse non curat. si cum lactuca seratur, nasci
fertur egregie. et nunc et mensibus, quibus uolueris,
et locis erucam serere nil moreris. hoc etiam mense
caules et toto anno seri possunt, sed melius aliis,

1 resta *E* | putantur. arena si litoris *E* ‖ 3 ipse *G*, ipsa *VF*, ipsis *E* ‖ 5 consequitur *E*, exequetur *p* ‖ 7 exauaris *F*, excauaueris E^{2} *Tiacgs* ‖ 8 nasturci *E*, cymi *GE*, nasturcio cimi erucae *L*, nasturciocimerucae *Q*, nasturcio cimae erucae *V*, nasturci ocimi erucae *S*, nasturcio cimo erucae *T*, nasturcio. cimini. erucae *F*, nastatio erucae *p* | radices *V*, rafano *F* | et tunc *acgs* ‖ 9 terrae *VSEG* | optimae cultam *V*, optime cultae *G* | scobe *E* ‖ 10 mittitur *L* ‖ 12 alii — exuberet *om. p* ‖ 14 in *om. E* | panctis *i* ‖ 15 adliniunt *Ea* ‖ 17 ambigetur *G* | lactuca — exuberet *incl. g* ‖ 18 DE NASTVRCIO *ins. E* | nasturcum *V* | et *om. V* ‖ 19 ex omni *i* ‖ 20 fumum *PL* ‖ 23 DE ERVCA *pro* et locis *E* | nihil *G*, nichil *SE*, non *p* | DE CAVLIBVS *ins. E* ‖ 24 caules — mense *om. T*

quibus adscriptum est. hoc etiam mense allium et ulpicum bene seretur: sed allio alba terra proficiet.

DE POMIS.

SORBA. Mense ianuario, februario et martio locis XV frigidis, calidis uero octobri et nouembri sorba seruntur egregie, ita ut matura in seminario ipsa poma pangantur. ego expertus sum multas arbores ex pomis sponte progenitas et in crescendo et in ferendo extitisse felices. plantas etiam si quis ponere uoluerit, 2 habebit arbitrium, dummodo calidis locis mense nouembri, temperatis ianuario uel februario, frigidis martio inclinante disponat. amat loca umida, montana et frigidis proxima, solum pinguissimum: cuius indicium certissimum facit, si frequens ubicumque nascatur. planta est transferenda robustior, scrobem desiderat altiorem et spatia largiora, ut, quod illi maxime prodest, a uentis frequentibus agitata grandescat. si uermes patietur infestos, qui in ea rufi ac 3 pilosi solent medullae interna sectari, aliquos ex his sine arboris iniuria detractos uicino crememus incendio. creduntur hoc genere uel fugere uel perire. si minus ferre coeperit, tedae cuneus eius radicibus inseratur uel circa ultimam partem fossa facta cumulo ingesti cineris adaequetur. mense aprili sorba in- 4

1 ascriptum *E* | DE ALIO ET VLPICO *ins. E* | et ulpicum *om. p* || 2 seritur *TViacgs* || 3 DE Sorbo serendo E^{2}, DE Pomis: in eo de sorbo amygdalo nuce iuglande & caeteris pomis *i*, De pomis, in eo *etc. a*, De pomis, sorbo *etc. s* || 4 SORBA *om. edd.* || 5 calidis uero *om. p* || 6 egregiae *V* | et natura *p* || 7 panguantur *P* || 8 serendo *E* || 9 quis *om. E* || 12 umida *om. p* || 13 et solum *as*, [et] solum *cg* || 14 ubique *G* || 15 referenda *E* || 16 latiora *E*, longiora *c* || 17 maxime *om. i* || 19 interna medullae secare *E* || 20 iniuria arboris *E* || 22 ceperit *G* | taede *PQG*, taedae *V* || 23 partem ultimam *iacgs* || 24 ingenti cineres *E*

seruntur in se, in cydoneo, in spina alba uel trunco
uel cortice. sorba seruantur hoc genere. lecta duriora
et posita, ubi mitescere coeperint, fictilibus usque ad
plenum clauduntur urceolis gypso desuper tectis et
bipedanea scrobe loco sicco sub sole merguntur ore
peruerso et desuper spissius terra calcatur. item
secta per partes siccantur in sole et seruantur in
5 uasculis in hibernum. cum uoluerimus uti, aqua
feruenti macerata reuirescunt sapore iucundo. aliqui
cum pediculis suis uiridia lecta suspendunt locis opacis
ac siccis. item ex sorbis maturis sicut ex piris uinum
fieri traditur et acetum. alii sorba in sapa adserunt
diu posse seruari.

6 AMYGDALA. Amygdalus seritur ianuario et februa-
rio, item locis calidis octobri et nouembri, semine et
plantis, quae de maioris radice tolluntur. sed in hoc
genere arboris nihil utilius est quam seminarium facere.
fodiemus ergo altam pede uno semis aream, in qua
obruemus amygdala non amplius quattuor digitis, ita
ut cacumina figamus in terra spatio inter se binorum
7 pedum separata. Amant agrum durum, siccum, cal-
culosum, caelum calidissimum, quia mature florere
consuerunt. ita statuendae sunt arbores, ut ad meri-
diem spectent. cum in seminario adoleuerint, relictis
ibi, quae spatio sufficiant, plantis alias transferemus

1 cidoneo *PS*, cytidoneo *L*, orodoneo *Q* | DE SORBIS *ins.* *E*[1], inserendis *add.* *E*[2] | cytidoneo *L* | in trunco *s* ‖ 2 serantur *V*[1] ‖ 3 ac *pro* et *iacgs* | ceperint *G* ‖ 4 claudantur *Eiac* | urceoli *V*[1] | gipso *T* ‖ 5 mergantur *V*[1] ‖ 7 sub sole *E* ‖ 8 ad hib. *E* ‖ 9 reuiuiscunt *E* | iocundo *E* ‖ 11 ac *om.* *V*, et *hab.* *iacgs* | siccans *pro* sicut *E* | piro *GE* ‖ 12 et *om.* *p* | alii — seruari *om.* *p* | asserunt in sapa *E* 14 XVI *pro* AMYGDALA *F*, AMIGDALA *G*, DE AMIGDALO *E*, De Amygdalo *i*, De amygdalo *ac* | Amigdalus *VS* ‖ 15 octobri *om.* *G* ‖ 16 maiori *ia* ‖ 18 fodiamus *E*, faciemus *i* | altam *om.* *E* ‖ 19 quam quattuor *E* | digitis alta *i* ‖ 20 cumina *P*, acumina *Gacg* | terram *G* | spatia *E* | binorum pedum *om.* *E* ‖ 22 et caelum *ac* | et quia *a* | maturae *i* ‖ 23 consueuerunt *E*[2]*Giacgs* | sunt arbores ut arbores *Q*, sunt ut arbores *ac* ‖ 24 adolerint *E*[1]

mense februario. sed ipsa amygdala ad ponendum et
noua legamus et grandia, quae, antequam ponimus,
pridie mulsa aquata nimis maceremus, ne germen
extinguat ex multo melle mordacitas. alii prius fimo 8
liquido per triduum nuces eas macerant: deinde die
et nocte esse patiuntur in mulsa, sed quae suspicio-
nem tantum possit habere dulcedinis. cum in semi-
nario amygdala disponimus, si siccitas intercesserit,
ter in mense rigemus et herbis nascentibus circum-
fodiendo saepe purgemus. terra seminarii laetamen
habere debet admixtum. spatia inter arbores uiginti
aut quindecim pedibus dedisse sufficiat. putanda est 9
nouembri mense, ut superflua et arida et densa tol-
lamus. seruandae sunt a pecore, quia, si rodantur,
amarescunt. circumfodi non debent, quotiens florent,
quia inde flos eius excutitur. in uetustate plus adfert.
si ferax non est, tedae cuneum terebrata radice mer-
gamus uel silicem sic inseramus, ut libro tegente
claudatur. locis frigidis, ubi metus est de pruina, 10
Martialis dicit hoc remedio subueniri. antequam flo-
reant, radices nudantur et albi lapides minutissimi
mixti arenis congeruntur et, ubi iam tutum uide-
bitur, ut debeant germinare, effossi iterum lapides
summouentur. teneras nuces amygdalus creabit, ut 11
dicit, si ante florem radicibus ablaqueatis per dies
aliquot calida aqua ingeratur. ex amaris dulces fiunt,
si circumfosso stipite tribus digitis a radice fiat

1 amygdalana *L* ‖ 2 ponamus *Eacgs* ‖ 3 pridie *om. p* | aquata nimis mulsa *i*, mulsa aqua, ita ut ne nimis *acgs* | neger mer *Q* ‖ 4 ex mulso melle mordicitas *E* ‖ 6 ac nocte *E* ‖ 7 possunt *E* | in *om. G* ‖ 8 intercessit *LVSEGi*, intersit *F* ‖ 11 debet habere *ia* ‖ 12 aut uiginti quinque pedum *acgs* | suffiat *P* | putandae sunt *acgs* ‖ 14 rodentur *E* ‖ 15 Qui circufodi *p* ‖ 17 taede *Q* ‖ 20 marciales *G* | subuenire *SE* | florescant *E* ‖ 21 nudentur *E* | minutissima *P* ‖ 22 congregentur *E* | iam tantum *G*, iam dudum *p*, iam tempus *acg* ‖ 24 submoueantur *E* | creauit $PLV^{1}F$ ‖ 26 aliquod $PLQV^{1}$ | inferatur *p* ‖ 27 circumfuso *F*

cauerna, per quam noxium desudet umorem, uel me-
dius truncus terebretur et cuneus ligni melle oblitus
inprimatur uel si circa radices suillum stercus ad-
12 fundas. amygdala ad legendum maturitatem fatentur,
cum fuerint spoliata corticibus. haec sine cura homi-
nis seruantur in longum. si difficulter corium dimit-
tent, paleis obruta continuo relaxabunt. item decoriata,
si aqua marina lauemus aut salsa, et candida fiunt
et plurimum durant. mense decembri uel ianuario
circa idus amygdalus inseritur, locis uero frigidis et
februario. si tamen surculos condias, antequam ger-
13 minent, utiles sunt, qui de summitate sumuntur. in-
seritur et sub cortice et in trunco. inseruntur in se
et in persico. Graeci adserunt nasci amygdala scripta,
si aperta testa nuculeum sanum tollas et in eo quod-
libet scribas et iterum luto et porcino stercore in-
uolutum reponas.
14 NVX IVGLANS. Nucem seremus extremo ianuario
uel februario. amat loca montana, umida et frigida,
plerumque lapidosa. potest tamen et locis temperatis
iuuante umore nutriri. serenda est nucibus suis eo
more, quo et amygdala seruntur, et iisdem mensibus.
si quas nouembri mense dispones, aliquatenus in sole
15 siccabis, ut exucetur noxium uirus umoris. quas
uero mensi ianuario uel februario positurus es, aqua

1 noxius humor exsudet *p* ‖ 3 si *incl. cgs* | adfundes *G* ‖ 6 dimittant *SE* ‖ 8 ut cand. V^1, aut cand. V^2*GE* ‖ 9 et Ian. *SEs* ‖ 11 condies *G*, colligas et condas *s* ‖ 12 inseruntur *iacgs* ‖ 13 in cortice *T* | inse. inpersico *G* ‖ 14 scribta *Q*, *om. p* ‖ 15 nuculeum *PL*, nucleum *ceteri* | sananum *L* ‖ 16 iterum clausum luto V^2*s* ‖ 18 DE SERENDA NVCE *E*, XVII De nuce iuglandi *F*, DE Nuce iuglande *i*, Tit. XVI. Nucem iuglandem *a*, Tit. XVI. De nuce iuglande. Nucem [iuglandem] *c*, [Tit. XVI.] Nucem [iuglandem] *gs* ‖ 19 uel Februario *om. p* ‖ 22 et *ante* amygdala *om. E*, *incl. s* | hisdem *PQVGi*, isdem *LSTF* ‖ 23 sed quas *TGacgs*, Quas *p* | mense nouembri *E*, mense *om. STp* | disponis *omnes* ‖ 24 exucetur *PLQF*, exuetur *V*, exuatur *SE*, exiccetur (exsiccetur) *ceteri*

simplici pridie macerabis. ponemus autem transuersas, ut latus id est carina ipsa figatur in terra. cacumen ipsum, cum ponimus nucem, in aquilonis partem dirigemus. lapis subter uel testa ponenda est, ut radicem non simplicet sed repercussa respergat. laetior fiet, si saepius transferatur: in frigidis locis bima, in calidis debet trima transferri. radices plantarum, 16
sicut in aliis arboribus solemus, in hoc genere resecare non debes. fimo bubulo ima planta tingenda est. sed melius cinis spargetur in scrobibus, ne calore stercoris aduratur: et cinis creditur uel corticis teneritudinem procurare uel fructuum densitatem. altis scro- 17
bibus delectatur pro arboris magnitudine et desiderat interualla maiora, quia stillicidiis foliorum suorum proximis uel sui generis nocebit arboribus. debet aliquando circumfodi, ne caua fiat uitio senectutis. canalis longus a summo trunco ad imum debet excudi: sic beneficio solis et uenti durescunt, quae in putredinem transierunt. si dura nux est uel nodosa, cortex 18
circumcidendus erit, ut uitium 'mali deducat umoris. alii radicum summa praecidunt, alii terebratae radici palum de buxo inprimunt uel cuprinum clauum uel ferreum. si terentinam facere uolueris, solam nucis carnem lana propter formicas obuolutam in seminario debebis obruere. si ferentem iam in hoc genus uelis

1 ponentur *p* | transuersus *G* ‖ 2 latas *L* | terram *G* ‖ 3 parte *E* | dirigamus *E* (e *supra*) ‖ 5 non *om. G* | dispergat *V* | Latior *F* ‖ 6 sepius aspergatur. Transferatur *E* | bina E^1 ‖ 7 trina E^1 | tr. transferri debet *Eiacgs* ‖ 8 in hac resecare *p* ‖ 9 una *E* | tinguenda *PLV*, tinguengda *Q*, tangenda *G* ‖ 10 aspergatur *ia*, *om. G* | neccalore *L* ‖ 11 nam cinis *Eacgs* ‖ 12 procurare *om. E* | et fructum dempsitatem *p* | afferre *addunt post* densitatem *Ea*, [afferre] *cgs* ‖ 16 ne vacua fiat *p* | quae si vitietur *ante* canalis *ins. a*, [quae si vitietur] *cgs* ‖ 17 excludi $LQSE^1Gi$, excindi E^2, excidi *F* ‖ 18 uento *G* | durescant *F* | putredine *E* ‖ 19 transiebant *PLQVFG*, transibant *ceteri* | fuerit *E*, erit *iacgs* ‖ 20 vicinum *p* ‖ 22 palum *om. p* ‖ 23 Tarentinam *Giacgs* ‖ 25 nobis *pro* uelis *G*

mutare, lexiuo per annum continuum ter rigabis in mense. cortex in nuce dimissus maturitatis indicium
19 est, qualis debet et poni. nuces seruantur uel paleis obrutae uel harena uel foliis suis aridis uel arca ex ligno suo facta inclusae uel cepis mixtae, quibus hanc uicissitudinem reddunt, ut eis acredinem tollant. Martialis expertum se ait uirides nuces tantum liberatas putaminibus suis melle demergi et post annum uirides esse et ipsum mel ita medicabile fieri, ut ex eo facta potio arterias curet et fauces. inseritur, ut plerique, mense februario in arbuto, sed melius in trunco, ut aliqui, et in pruno uel in se.

DE ALIIS POMIS, QVAE MAXIME PER ALIOS MENSES SERVNTVR. Hoc mense tuberes inseruntur
20 cydoneo. nunc locis temperatis persicorum ossa ponuntur. et inseritur eadem persicus in se, in amygdalo, in pruno: sed pruno armenia inseremus et praecoqua. nunc etiam prunus inserenda est, antequam gumminet, in se et persico. et cerasus obportune inseretur agrestis.

1 lexibo *PLQG*, lexiua *V*, lexiuum *F*, lixiuo *acgs* | 3 exponi *L* | si nuces facere volueris, varenis obrues: vel foliis *etc. p* || 4 addis *pro* aridis *L* || 5 includes uel cepis ·miscebis: vt eis etiam acredinem tolli *p* || 6 acridinem *L* | DE MELLE MEDICABILI *ins. E*[1], et conservatione nucum viridium *add. E*[2] | Martialis se expertum dicit *a*, Martialis [asserit et] *cgs* || 7 aut *pro* ait *Q* | liberas *acgs* || 10 quod plerique *G*, ut plerique asserunt *a*, ut plerique [asserunt] *cgs* || 11 arbusto *QE* || 12 ut alii *a* | et *om. S*, in pruno uel *om. i*, in *ante* pruno *om. Qc*, primo *habet F* | et in se *La* || 13 DE PERSICIS SERENDIS *E*[1], DE citonijs seu cotinis et PERSICIS SERENDIS et cerasis et prunis *E*[2], XVIII De aliis *etc. F*, SERUNTUR PER ALIOS MENSES *L* || 16 in *ante* amygdalo *om. codices* || 17 et in pruno *a* | in medio *pro* Armenia *E* | inserimus *i* || 18 germinet *i* || 19 in persico *a*, [in] persico *cgs* | oportunae *PQ*, optime *E* | inseritur *E*

DE SIGNANDIS ANIMALIBVS ET LARDI ET PERNARVM CONFECTIONE ET ECHINI ET RAPIS.

Hoc mense, sicut Columella dicit, maturi agni XVI et animalia omnia minora atque maiora charactere signentur. hoc tempore lardi, echini salsi, raporum condiendorum et pernarum iusta confectio est.

DE OLEO MYRTINO.

Hoc mense bacis myrtae oleum conficies hoc XVII modo. unciam foliorum per olei unam libram mittes et per uncias decem uini ueteris styptici heminam et cum oleo bullire facies. idcirco autem uino respergentur folia, ne frigantur, antequam decoquantur.

DE VINO MYRTITE.

Item eisdem bacis uinum myrtite sic facies. XVIII in uini ueteris sextariis urbicis decem mittes grana myrtae confracta sextarios urbicos tres, quae sint decem et nouem diebus infusa. postea expressis myrtae granis colabis et in eo uino medium croci scripulum et folii unum scripulum mittes et ex mellis optimi decem libris omnia temperabis.

2 ET LARDI — RAPIS *om.* *E* ‖ 3 CHINI *Q*, EPINI *V* | ET RAPIS *om.* *V* ‖ 6 signantur *E* | salis *E* | saporum *E* ‖ 9 ex baccis (bacis) *Eiacgs* | myrti *Giacgs* | conficili *E* ‖ 10 Uncinam *G* | libram unam *Eiacgs* ‖ mittas *P*, mittis *LQVSETGF* ‖ 11 uni *PQ* | stypici *L* ‖ 12 iccirco *iac* | respergentur *ia*, respargentur *cgs* ‖ 13 ne refrigerentur *E*, ut refrigerentur *p* | decoquant *PLQVSTF* ‖ 14 MIRTINO *E* ‖ 15 myrtete *G*, myrtetum *E* ‖ 16 mittis *omnes* ‖ 17 mirti (myrti) *Giacgs* | sextarios urbicos tres *om.* *p* ‖ 18 mirtae granis *om.* *p*, myrti *praeb.* *Giacgs* ‖ 19 bacchis *pro* colabis *p* | scrupulum *Eiacgs* ‖ 20 mittis *omnes*

DE OLEO LAVRINO.

XVIIII Item lauri bacis oleum conficietur hoc modo. lauri bacas quam plurimas et maturitate turgentes in aqua calida bullire facies et, ubi diu ferbuerint, olei, quod ex se dimiserint, supernatantis undam pennis leuiter cogentibus in uasa transfundes.

DE OLEO LENTISCINO.

XX Lentiscini etiam olei matura confectio est, quae fit taliter. grana matura lentisci quam plurima colliges et una die ac nocte supra se aceruata esse patieris. deinde sportam granis eisdem plenam cuicumque uasculo superpones et calida adiecta calcabis et exprimes. tunc ex eo umore, qui defluxerit, supernatans oleum lentiscinum sicut laurinum colligetur. memento autem, ne rigore possit adstringi, aquam calidam saepe subfundere.

DE GALLINARVM PARTV.

XXI Gallinarum partus fecunditatem repetit hoc mense post brumalem quietem. et incipiunt ad educandos pullos oua subponi.

DE CAEDENDA MATERIE.

XXII Hoc etiam mense caedenda materies est ad fabricam, cum luna decrescit, et redicae uel pali faciendi.

1 laurio *L* ‖ 2 ex lauri *pia*, ex *incl. cgs* ‖ 4 diu *om. E* ‖ 5 pinnis *PLQ*. pannis *G* ‖ 7 DE OLEO *om. G* ‖ 8 Lentisci *G* | olei etiam *E* ‖ 9 colligis *PQLVSETGFi* ‖ 10 et in una *Qi* ‖ 12 superponis *PQVSFGiac*, super pomis *L*, supponis *E* | exprimis *PLQVSETFG*, et—exprimes *om i* ‖ 13 quid effluxerit *P* ‖ 14 laureum colligitur *E* ‖ 15 fundere *LG*, superfundere *p* ‖ 19 et *om. E* ‖ 21 DE CAEDENDA MATERIE. Hoc—faciendi *om. E*[1] ‖ 22 materia *E*[2] | adfabrica *G* ‖ 23 ridicae *editiones*, radices *T*, radice *F*, redicae uel *om. p*

DE HORIS.

Hic mensis in horarum spatio cum decembri mense conuenit, quarum sic mensura colligitur. XXIII

Hora	I	pedes	XXVIIII,
hora	II	pedes	XVIIII,
hora	III	pedes	XV,
hora	IIII	pedes	XII,
hora	V	pedes	X,
hora	VI	pedes	VIIII,
hora	VII	pedes	X,
hora	VIII	pedes	XII,
hora	VIIII	pedes	XV,
hora	X	pedes	XVIIII,
hora	XI	pedes	XXVIIII.

1 DE HORIS *om. E* ‖ 5 pedes XVIII *i* ‖ 13 pedes XVIII *i*.

LIBER TERTIVS
SIVE
MENSIS FEBRVARIVS.

TITVLI.

I De pratis seruandis et laetamine saturandis.
II De proscindendis collibus.
III De satione trimenstri.
IIII De serenda lenticula cum disciplina sua, item de cicercula.
V De serendo cannabo.
VI De agris medicae parandis.
VII De eruo serendo.
VIII De curandis uitibus et arboribus et hordeo galatico serendo.
VIIII De ponendis uineis pastino uel scrobibus aut sulcis et omni, quae illuc pertinet, disciplina.
X De arbustiuis uitibus et plantis arborum uitiferarum.
XI De uineis prouincialibus.
XII De putandis uineis communibus altis uel humilibus.
XIII De putatione arbusti.
XIIII De prouincialibus uineis putandis.

1 LIBER—FEBRVARIVS *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS FEBRVARII *omnes fere codices et editiones*, Incipiunt capitula mensis februarii *E*, TITVLI—horis *om. c* ‖ 7 trimestri *E* ‖ 9 de *om. codices praeter E et i* ‖ 11 medicine *E* ‖ 15 uitibus *E* ‖ 16 omnia *PLQG* | illic *E* ‖ 17 arbustibus *PL*, arbustis *GEgs* | fructiferarum *E*

XV De nouellae putatione.
XVI De propaginibus.
XVII De insitionibus.
XVIII De instituendis oliuetis.
XVIIII De pomiferis et spatiis earum generale praeceptum.
XX De fodiendis, palandis et ligandis uineis uel laetandis arboribus et plantis circumfodiendis.
XXI De rosis, liliis, croco, uiolis conserendis.
XXII De liui semine serendo.
XXIII De cannetis et asparagis et plantis salicum uel genestae et seminariis myrti et lauri.
XXIIII De hortis: in eo de sepibus, de lactuca, carduo, nasturtio, coriandro, papauere, allio, ulpico, de satureia cum disciplina, item de cepullis, similiter de anetho, senapi, de caulibus cum disciplina sua et de asparagis, de malua, menta, feniculo, pastinaca, cunela, cerefolio, beta, porro cum disciplina, de inula et colocaseis similiter.
XXV De pomis: in eo de piro, de melo, cydoneo, siliqua, moro, auellana, mixa cum disciplinis suis.
XXVI De educatione porcorum.
XXVII De uino myrtite aliter.

1 nouella *Eigs* | uitis *ins. a* | putanda *Ei* ‖ 7 uitibus *E* ‖ 8 letaminandis *SE* ‖ 11 sparagis et planctis *L* | silicum *G* ‖ 12 & genestae *i* | mirtae *E* ‖ 13 in eo de seminibus de saepibus, de lactuca et *SE* ‖ 14 nastucis *E* | coliandro *codices* ‖ 15 cum sua disciplina *Eg*, sua *incl. s*, cum disciplina sua *hab. a* | de (*ante* cepullis) *incl. s*, *om. i* ‖ 16 sinapi *codices recentiores et editiones* ‖ 17 et *om. ia* ‖ 18 malba *QGV* | pastinata *Q* | cunella *E* ‖ 19 cerofolio *E*, caerofolio *i*, cerofolii. Obeta *G* | cum disciplina sua *iags* | de *om. i et codices*, *incl. s* | enula *E* ‖ 20 colocasis *G*, colocassis *E* | cimino et aniso *pro* similiter *a* ‖ 21 De pomis: in eo *om. E* | & primo de pyro: de malo *ia*, de milio *E*, De melo cidonea *G* ‖ 22 mixta *GS*, myrrha et de *g* ‖ 25 mireto *E*

DE PRATIS SERVANDIS ET LAETAMINE SATVRANDIS.

I Hoc mense locis temperatis prata incipient custodiri, quae prius, si macra sunt, sparso laetamine saturentur, quod eiciendum est luna crescente. quanto recentius fuerit, tanto plus nutriendis herbis ualebit, quod a superiori parte fundatur, ut sucus eius per totum possit elabi.

DE PROSCINDENDIS COLLIBVS.

II Locis tepidis aut si tempus clemens et siccum fuerit, colles pingues uel hoc mense proscinde.

DE SATIONE TRIMENSTRI.

III Hoc mense serendum omne trimenstrium genus.

1 De thiriaca uite *E*, thyriaca *ia* ‖ 4 D (*rasura*) mirteti *E*, DE Myrtinis *i*. De myrtitis *a* ‖ 6 botriones *codd.* ‖ 7 MENSIS FEBRVARIVS *addunt codices et i*, de mense februario *E* ‖ 10 Februario mense *acgs* ‖ 14 superiore *G* | fundetur *a* ‖ 16 DE SATIONE TRIMENSTRI *G* ‖ 17 clemens tempus *iacgs* ‖ 18 uel *om. p* ‖ 19 DESERENDALENTICULA *G* ‖ 20 triti menstrium *L*, trimestre *E*

DE SERENDA LENTICVLA, ITEM CICERCVLA.

Hoc etiam mense lenticulam seres solo tenui et IIII
resoluto uel etiam pingui, sed sicco maxime, quia luxuria et umore corrumpitur. usque ad duodecimam lunam bene seminatur, quae ut cito exeat atque grandescat, prius cum fimi ariditate miscenda est: atque ubi ita requieuerit quattuor diebus aut quinque, tunc spargitur. iugerum modii unius semen inplebit. hoc etiam mense cicercula seritur loco et modo, quo ante descripsi.

DE SERENDO CANNABO.

Hoc mense ultimo cannabum seris terra pingui, V
stercorata, rigua uel plana atque umida et altius subacta. in uno pede quadrato sex eiusdem seminis grana ponuntur.

DE AGRIS MEDICAE PARANDIS.

Nunc ager, qui accepturus est medicam, de cuius VI
natura, cum erit serenda, dicemus, iterandus est et purgatis lapidibus diligenter occandus. et circa martias calendas subacto sicut in hortis solo formandae sunt areae latae pedibus decem, longae pedibus quinquaginta, ita ut eis aqua ministretur et facile possint ex utraque parte runcari. tunc iniecto antiquo stercore in aprilem mensem reseruentur paratae.

1 DE SERENDO CANNABO *G* | ITEM CICERCVLA *om. E* || 2 lenticleum *E*[1] | loco *p* || 5 bene *om. p.* || 7 quatuor aut quinque diebus *Tacgs* || 11 *Hunc titulum om. G* | SERENDO *om. E* || 12 seres *pcgs* || 13 irrigua *V* || 14 in — ponuntur *om. p* || 16 MEDICAE PARANDIS *om. E*[1], praeparandis *addit E*[2], MED. PARANDA *habet G* || 19 purgatus *s* | cecandus *PLQT*, caecandus *G*, curandus *i* | 20 sicut moris est solo *E* || 21 lactae *L* || 23 ex utraque parte *om. i, incl. s* | estercore *L* || 24 Inprilem *Q*, in aprili mense *E*

DE ERVO SERENDO.

VII Hoc mense toto eruum adhuc seri potest, quia martio serendum non est, ne pastu suo pecoribus noceat et boues reddat insanos.

DE CVRANDIS VITIBVS ET ARBORIBVS ET HORDEO GALATICO SERENDO.

VIII Nunc pomis et uitibus uetus urina si adfundatur, et numero fructuum praestat et formae: cui proderit, ut amurcam misceamus insulsam, maxime in oleis, sed hoc frigidioribus diebus, antequam feruor incipiat. etiam nunc hordeum galaticum, quod graue et candidum est, seretur locis frigidis circa martias calendas.

DE PONENDIS VINEIS PASTINO VEL SCROBIBVS AVT SVLCIS ET OMNI, QVAE ILLVC PERTINET, DISCIPLINA.

VIIII Hoc mense omnia genera pastinati soli seu sulci seu scrobes uitibus conpleantur. natura autem uitis caelum omne solumque sustentat, si genera con-
2 uenienter aptentur. plano igitur loco statues uitem, cuius genus nebulas sustinet et pruinas, collibus, quod siccitatem durat et uentos, pingui agro graciles atque infecundas, macro feraces et solidas, denso ualidas atque frondosas, frigido et nebuloso, quae hiemem celeri maturitate praeueniunt aut quae duris acinis inter caligines securius florent: uentoso statue tenaces,

3 serendum est: quia *p* | pactu *G* ‖ 4 insanandos *G* ‖ 6 OLEO *E* ‖ 8 fructum *PLQVTFG* | praestanti *E* ‖ 14 VITIB; *E* | SCROBE *G* ‖ 15 OMNIA *PLQVG* | ILICE *E* ‖ 20 aptantur *SE* | pleno *Q* | statuis *E* ‖ 21 nebulam *G* ‖ 23 fecundas *codd. et i* ‖ 24 quae *incl. cg* ‖ 26 statui *PLQGi*, statuae *T*, statuae et *S* (uel statui *in margine*), statue et *E*, status *F*, stabiles et *acgs*

calido grani tenerioris et umidi, sicco eas, quae plu-
uias ferre non possunt: et ne multa dicamus, eligenda
sunt genera, quae professione uitiorum suorum con-
traria loca diligunt his, in quibus durare non pote-
rant. placida sane regio et serena tuto genus omne
suscipiet. uitium genera numerare non adtinet. sed 3
notum est maiores uuas pulchrae speciei, grani cal-
losi et siccioris ad mensam, feracissimas uero et cutis
tenerioris et sapore nobiles et maxime, quae citius
deflorescunt, uindemiis esse seruandas. loca naturam 4
plerisque uitibus mutant. solae amineae, ubicumque
sint, uinum pulcherrimum reddunt. calidum statum
potius quam frigidum sustinebunt. de pingui ad ma-
crum transire non possunt, nisi stercus adiuuerit.
harum duo genera sunt, maior et minor. sed minor
melius deflorescit et citius internodiis minoribus et
grano breuiore. si arbori adplicetur, pinguem terram,
si colatur in ordines, mediocrem desiderat. imbres
contempnit et uentos: nam maior saepe uitiatur in
flore. sunt et apianae praecipuae. satis est genera 5
ista dixisse. industrius uir probata deligat et terris
talibus mandet, quae imitari eas possint, unde sumun-
tur: sic merita sua quaeque seruabit. sed uitem uel
arborem melius erit de exili ad pinguem transferre.
nam si a pingui terra ad solum exile transierint,
utiles esse non possunt. eligenda sunt sarmenta, quae
pangimus, de uite media neque de summa neque de
infima quinque uel sex gemmarum spatio a ueteri
procedentia, quia non facile degenerant, quae de locis

2 ferre *om. E* ‖ 3 possessione *E* ‖ 4 iis *SEGacgs* | po-
terunt *acgs* ‖ 6 suscipiat *G* ‖ 7 pulchra *g*, pulchre *i* ‖ 8 siccio-
res *i* | feraciores *p* ‖ 9 nobileis *c* ‖ 10 uindemiis deflorescunt *T* ‖
11 pleraque *E* | aminneae *LT*, ammineae *Q* ‖ 12 redunt *Q* |
statim *E* ‖ 13 pingu *Q* ‖ 18 in ordine *E* ‖ 19 in flore—dixisse
om. p ‖ 20 sint *E* | est et genera *E* ‖ 21 ita *i* | diligat *E* ‖
22 talibus terris *E* | que omnitagi possint *E* ‖ 23 serua-
bunt *SE* | uel uitem *L* ‖ 26 poterunt *acg* ‖ 29 prociden-
tia *pc* | quia *pro* quae *L*

6 talibus transferuntur. sumantur autem de uite fecunda. neque putemus brachia esse fertilia, quae uuas singulas aut binas producunt, sed quae multa ubertate curuantur. nam potest ferax uitis feraciores in se habere materias. erit et hoc signum fertilitatis, si de duro aliquo loco fructum citabit, si fetu inpleuerit
7 ramulos ex ima parte surgentes. sed hoc signis positis per uindemias est notandum. ad pangendum nouellus palmes debet eligi duri in se nihil habens et ueteris sarmenti, quia hoc putrescente saepe corrumpitur. summa flagella repudiemus ac surculos: qui licet bono loco nati sunt, tamen feracitate carue-
8 runt. pampinarius, qui de duro nascitur, etiamsi adtulit, pro frugifero non est ponendus: in suo enim loco fecundatur a matre, translatus uero tenet sterilitatis uitium, quod nascendi conditione suscepit. caput sarmenti cum deponitur, torquendum non est nec aliquo more uexandum, ne demersa penitus fecundiore parte, quod sterili proximum est, supra terram relinquatur: deinde quod ipsa tortura uexatio est, et pars ea, de qua radix praesumitur, iniuriae nulli subicienda est, cum qua contendere cogatur, antequam teneat. ponendae sunt uites placidis diebus ac tepidis curandumque, ne sarmenta sole urantur aut uento, sed uel statim ponantur uel obruta reseruentur.
9 hoc mense ac deinceps toto uere uinea ponenda est

3 aut binas *om. G* | quae *om E* | libertate *E* || 4 Iam *G* | feliciorem *E* || 5 materiam *E* || 7 una *E* | in signis *E* || 8 est *om. G* | nouellos *PLQV*, novellas *i* || 10 ueri *pro* ueteris *Q* | sermenti *P* || 12 boni *E* | sint *acgs* | feracitatis beneficio *s* || 13 de sicco *E* | attulerit *acgs* || 14 fructus *addunt E et editiones* | pro fruge *E* || 17 sacramenti *L* || 18 modo *pro* more *Vacgs* Nec demersa *ic*, dimersa *V*, demersum *G* | fecundiori *E* || 19 stereli *L* | super *V* | terras *codd. et i* || 20 quod *om. Fi*, quoniam *hab. acgs* | ipsa *om. E* || 21 radix—solo (*sub fin. cap.*) *om. E* | radix futura *as*, radix [futura] *cg* || 22 cum—teneat *om. p* || 23 ad *pro* ac *Q* || 24 au *pro* aut *G* || 25 obrupta *Q* || 26 uineae *Q*, ponenda est uinea *S*

regionibus frigidis, pluuiosis, pinguibus campis et umidis prouinciis. sit autem mensura sarmenti cubitus unus. ubi pinguis est natura terrarum, maiora inter uites spatia relinquemus, ubi exilis, angusta. nonnulli itaque in his uitibus, quas toto solo pastinato disponunt, ternos pedes inter singulas uites quoquouersus dimittunt. sed hoc genere diuisionis in iugerali tabula pangentur tria milia sescenta sarmenta.
quod si duos semis pedes inter uites relinqui pla- 10
cuerit, in eadem tabula ponentur uites quinque milia quadringentae septuaginta et sex. sed ad ponendum utemur hoc ordine. lineam seruatis his spatiis, quae placuerit custodire, candidis signis uel quibuscumque notabimus: tunc tensa per tabulam linea in eis locis surculos uel calamos figemus, ubi uitis unaquaeque uentura est. ita spatium totius tabulae surculis conplebitur ad numerum uitium futurarum: atque is, qui pacturus est proiecta circa surculos sarmenta, sine
ullo errore deponet. praeterea non est uno genere 11
uitium omne pastinum conserendum, ne annus iniquus generi spem uindemiae totius extinguat. et ideo quattuor uel quinque eximii generis sarmenta pangemus. sed maxime expediet genera tabulatim disponi et decimanis diuidi, nisi deterreat operis difficultas. quod

1 pluinosis *Q*, pruinosis *EGacg* || 5 Nulli *i* | itaque *om. G* | iis *Eacgs* || 8 pangantur *L*, pangemus *p* | vicena *pro* sescenta *s*, uicena una *E*, tricenta uicena una *ac* || 9 [inter] uites *c* || 10 quatuor millia septingentae quinquaginta tres *Eacg*, quatuor millia quingentae septuaginta octo *s* || 11 et *om. Ti* || 12 utimur *i* | linea *V* | iis *Eacgs* || 13 custidire *L*, custodiret *Q* || 15 fugemus *L* | unaquaeque vitis *acg* | quaeque *p* || 17 atque *in rasura V*, adquis *LPQ*, atque his *F*, ita quisquis *T*, ita quis *G* | quae *pro* qui *G*, *om. FT* || 18 panctura *F*, pastinaturus *p*, peracturus *i*, pancturus *acgs* || 21 omnem *pro* totius *p* || 22 aut *TGEacgs* | eximi *PLQ* | pangamus *F* || 23 tabularum *F* | exponi *F* || 24 decim annis *L*, X annis *p*, decemanis *G*, decumanis *s* | diuini si *PLQ*, diuidi, si *p* | operies *PLQ*

si est uetus uinea, singulorum generum surculis tabu-
latim poterimus inserere et facile hoc genus colendi,
quod est pulchrum atque utile, consequemur. ita et
maturitatis ac floris tempora, quae in uite diuersa
12 sunt, suis poterimus opportunitatibus obtinere. nec
paruo constabit, si legatur maturitas cum acerbitate,
dispendio, cum unius tempestiuam uindemiam sequi
sit permixta cruditate uitiosum, alterius seras matu-
13 ritates expectare damnificum. huic commodo adicitur,
quod pro generum diuersitate per gradus accedente
uindemia minor operarum numerus eam poterit ex-
pedire et generatim condere ac melius puros sapores
sine luctamine alterius generis unaquaeque uina ser-
uare. hoc si difficile uidebitur, non alias simul con-
seras, quam quae et sapore et flore et maturitate
conueniunt. sed haec in pastinis uel sulcis ratio erit:
in scrobibus uero per angulos quattuor sarmenta de-
14 pones. sed, ut adserit Columella, uinaceam stercori
mixtam simul sparges et, si exile solum fuerit, pin-
guem terram scrobi inferes uel aliunde portatam. cum
uero plantam uel malleolum disponemus, modice umido
solo sed potius arido quam lutoso duabus gemmis
supra terram relictis sarmenta ponemus obliqua: sic
facilius conprehendent.

1 ueteris uineas *PLQV*[1], ueteres uineas *V*[2]*STGi*, ueteras uineas *F* ‖ 3 consequimur *PLQV*[1]*ST* ‖ 4 et floris *SEiacgs* ‖ 5 temporibus *pro* poterimus *PLQTEGacgs*, poterimus *in rasura V* | opportunius *GEacgs* | obtinere poterimus *Eacgs* ‖ 6 seruitute *PLQS*, seruitutis *T*, aceruitatis *in rasura V*, seritate *p* ‖ 7 dispendium *iacg*, dispendiosum unius *s* ‖ 8 sit *om. s* | permixta cruditate *om. p* | uitiosam *s* | et alterius *as*, [et] alterius *cg* ‖ 9 quomodo *Q*, commoda *G* | addicitur *T* ‖ 10 grados *L* | accendente *G* ‖ 11 uindemiam *PLQT* | operariorum *p* | eam numerus *s* | potest *p* | experire *G* ‖ 12 porus sapore *PQ*, poros sapore *L*, puro sapore *VSTFs* ‖ 14 si *om. G* | seruabitur *p* ‖ 16 est *V* ‖ 17 sermenta *PLS* | deponis *omnes* ‖ 18 stercore *G* ‖ 20 perlatam *G* ‖ 21 disponimus *omnes* ‖ 23 super *L* | obliquam *F* | et sic *acg*

DE ARBVSTIVIS VITIBVS ET PLANTIS ARBORVM VITIFERARVM.

Quod si arbustum te habere delectat, plantam X
generosae uitis prius in seminario nutrire debebis,
ut inde radicata transferatur ad scrobem, cui arbor
iniuncta est. seminarium uero dicimus aeque fossam
tabulam pedum duorum semis altitudine. in hac,
quam pro numero ponendarum uitium uel qualium-
cumque plantarum protendis aut contrahis, breuis-
simo spatio distantia inter se sarmenta depones: si 2
uallis aut umectus est campus, trium gemmarum ex-
ceptis minutis, quas habebit inferius. et ubi con-
ualuerint, hinc post biennium radicatas uites uel ar-
busculas transferes: quas cum depones in scrobe, ad
singulas materias rediges putatis omnibus, quae scabra
sunt, curtatis etiam radicibus, si quas potueris in-
uenire uexatas. in scrobe autem ad arbustum faciendum 3
duas radicatas uites depones hoc seruans, ne se in
radice contingant: sed lapides quinum prope librarum
medios inter utramque constitues et ipsas uites ad
scrobis latera discreta coniunges. Mago adserit scro-
bem non primo anno esse conplendam, sed subinde
coaequandam: quae res uitem faciet altius fundare
radices. sed hoc aridis prouinciis forte conueniat:
umidis autem sata putrefient recepto umore, nisi statim

1 ARBUSTIS *GE* ‖ 2 FRUCTIFERARUM *E* | id est uites et arbores simul plantare *addit* V^2 ‖ 6 atque *G*, ea quae *in rasura V* ‖ 7 duorum pedum *E* ‖ 8 qualiumque *VG* ‖ 10 dispones EG^1 ‖ 11 campestrium *V* ‖ 12 conualuerit *i* ‖ 13 arbuscolas *L*, arbusculos *G* ‖ 14 transferemus *p*, transferas *SEG iacgs* | scrobem *G* ‖ 15 redigis *codd. praeter G*, reddigis *i* | scrobe *E* ‖ 16 curta *E*, curuatis radicibus *G* | poteris *E* ‖ 18 deponis *omnes praeter G* | observans *p*, scrutans *i* | se *om. E* | in radicem *Pi* ‖ 19 continguant *L* | qui non *E* ‖ 20 in utramque *a* ‖ 21 Maro *p* ‖ 22 sed *om. G* ‖ 23 coaequendam *V*, coquendam *F* | faciat *G* | fundere *Qi* ‖ 24 conueniatur *E*, conveniet *acgs* ‖ 25 humidus *L*

4 terra cumuletur. sed arbusta qui faciet, plantas arborum de his generibus ponat.* uel si agro subpetit abundantia, his utatur, populo, ulmo, fraxino in montanis et asperis, in quibus ulmus minus laeta est. has etiam Columella dicit seminario debere nutriri. mihi uidetur, quia nulla prouincia est, quae non ex his quamcumque sponte producat, plantas iam maiores de locis quibuscumque translatas uel eorum generum truncos radicatos hoc tempore circa scrobem uitis oportere
5 constitui. sed si ager frumentarius fuerit, ubi arbusta dispones, quadragenos pedes inter arbores relinque, ut seri possit, in exili autem uicenos. in scrobe uero uitis ab arbore sua sesquipedis spatio distare debebit. nam uitis multum subiecta arbori incremento arboris obprimetur. caueis etiam munienda est aduersum pecoris adpetentis iniurias et arbori suae protinus
6 alliganda. est et aliud de transferenda ex arbusto uite conpendium. fit ex uimine parua corbicula, quae mensuram pedis uel aliquanto minus circini spatio possit amplecti. haec ad arborem, cui uitis adhaeret, fertur et in fundi media parte pertunditur, quod sar-
7 menti uirgam possit admittere. inducto itaque sarmento uitis eius, de qua transferre disponis, corbicula ipsa ex aliqua arboris parte suspenditur et uiua terra repletur, ut sarmentum terra possit includi, quod sarmentum prius intorquetur. ita exacto annui tem-

1 comuletur *L* | quae faciant *G* || 2 ponantur *G* | vel si *ic codicesque praeter G, qui* Sed si *habet* || 3 his utatur *om. acgs* fraxo *PLQVSE*, fracco *T* || 6 quod *iacgs* | sit *a* || 7 etiam *iacgs* || 8 translata *PLQF*, translatis *T* || 10 constitue *Q* || 11 disponis *omnes* || 12 in scrobe autem *E* || 13 uitis —arbori *om. G* | sesquipede V^1 || 14 subiecta multum *E* || 15 Cave *p* | aduersus *E* || 17 alliganti G^1, alligandis G^2, est. et *G*, alliganda est. Est et *SEi* | alium *G* | transferendum *G* || 18 uite ex arbusto *SE*, uiti *G* || 19 mensura *PQpiac* || 20 inhaeret *acgs* || 21 profundi *i* | quoad *E*, quo *iacgs* || 25 repleatur *i* | et ut *E* || 26 sarmentum *incl. gs* | itaque *E* | annui *om. E*. anni *habet G*

poris spatio sarmentum, quod clausum est, radices creabit intra praedictam corbiculam. tunc sub fundo corbis incisum radicatum sarmentum cum ipsa corbe portabitur ad locum, quem uitibus arbustiuis destinabis inplere, ibique obruetur circa arboris maritandae radices. hoc genere, quantum uolueris, numerum uitium transferes sine ambiguitate prendendi.

DE VINEIS PROVINCIALIBVS.

Vineae in prouinciis multis generibus fiunt. sed XI
optimum genus est, ubi uitis uelut arbuscula stat breui crure fundata. haec primo calamo iuuatur, donec solidetur. sed altior sesquipede esse non debet. ubi robusta fuerit, sola consistet. aliud genus est, in quo cannis pluribus circa dispositis ipsa uitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur se sequentes. ultimae positionis uitis est, quae per terram proiecta discumbit. hae omnes et scrobibus ponuntur et sulcis.

DE PVTANDIS VINEIS COMMVNIBVS ALTIS VEL HVMILIBVS.

Hoc mense locis frigidis aliquatenus et tempe- XII
ratis uitium iusta putatio. sed ubi multae sunt uineae, diuidantur et pars earum, quae septemtrionem respiciet, uerno putetur: alia pars aduersa clementioribus plagis recidatur autumno. sed in putatione semper nitamur, ut uitis fiat in crure robustior, ne debili

2 creauit *V* | praedicta *Q* | suffundo *PLQ* || 3 arbore putabitur *E* || 4 arbustibus *QG*, arbustis *E* | desideras *p* || 5 obruitur *PLQVSETFGi* | maturande *E* || 6 numerum *om. E* || 7 perdendi *E*, prehendendi *acgs* || 10 genus *om. L* | uel arbustula *G* || 11 breuis rure *PLQT*, breuisrurae *G* || 14 canna *E* || 15 sermentis *P* | ligati si orbiculos *P*, ligati si morbiculos *LQ*, orbicula *p* | se *om. E* || 18 in conuallibus *i* || 21 putatio est *VSEFas*, est *incl. cg* || 23 potetur *Q* || 24 rescindatur *i* || 25 nec *F*, Neue *SEa*, ne [ve] *cgs*

2 uiticulae duo duramenta seruemus. auferenda sunt
laeta, intorta, debilia, malis locis nata sarmenta. foca-
neus etiam, qui inter duo brachia medius nascitur,
debet abradi: qui si pinguedine sua brachium quod-
cumque proximum debilitarit, illo deciso ipse succe-
dat. erit tamen optimi putatoris inferius sarmentum,
quod bono loco natum fuerit, reparandae uitis causa
semper tueri et ad unam uel duas gemmas relinquere.
3 in locis clementioribus altius uitem licebit expandere:
in exilibus aut aestuosis aut decliuis aut procellosis
humilior est habenda. locis pinguibus singulis brachiis
uitium bina flagella dimitte. sed erit sapientis aesti-
mare uim uitis. nam quae altius colitur et fecunda
est, plus quam octo palmites habere non debet, ita
ut consideremus semper in inferiori parte custodem.
4 circa crus quicquid nascitur, amputandum est, si non
desideret uinea reuocari. quod si truncus uitis sole
aut pluuiis aut noxiis animalibus est cauatus, purga-
mus, quicquid est mortuum, plagasque eas amurca
linimus et terra: quod proderit aduersum praedicta.
cortex etiam rescissus et pendens a uite tollatur:
quae res minorem fecem reddit in uino. muscus ra-
5 datur ubicumque repertus. sed plagae, quas in duro
uitis accipiet, obliquae et rotundae esse debebunt.

2 lenta *E*, lata *iacgs*, la (*ras.*) ta *V* | debilia. intorta *E* | Focata *PLQVF*, focalis *SE*, Oculus *TG*, focaneus etiam *om. p* || 3 melius *Eac* || 4 pinguitudine *iacgs* | sua *om. p* || 5 debilitauerit *iacgs* | illic *PLQV*, illi *iacgs* || 6 optimum *PLQV SETG* | putatori *G* | in inferris *E* || 8 intueri *E* || 9 laetis et *post* locis *inserit s* || 10 in exilibus autem estuosis *E* | decliuus *LF*, decliuibus *Gacgs* | proclinosis *E* || 11 est *om. L* | Pinguibus locis *G* | brachis *PQ*, braccis *F* || 12 dimittes *VF* | extimare *i* || 13 tollitur *a* || 15 conseruemus *iacgs* | inferiore *VTEiacgs* | costodem *L* || 18 pluuis *Q* | purgemus *E* || 19 noxium *in textu*, uel mortuum *supra E* || 20 liniamus *E* || 21 rescisus *PLV*, recisus *STGiacgs*, praecisus *E* | ante uite *GE* || 23 fuerit repertus *E*, inuentus *p* | in duro *om. p*, in trunco duro *hab. F*, truno *in marg. V* || 24 et rotundae *om. E* | debunt *Q*, debent *E*

decisis, sicut supra dixi, male natis omnibus et ueteribus nouellos et fructuarios serua. ungues etiam custodum siccos et annotinos recide et omnia, quae uetera uel scabra reperies. hae, quae altius coluntur, ut in iugo uel pergula, ubi quattuor pedibus supra terram leuatae steterint, quaterna brachia habeant. si macra uitis erit, in singulis brachiis singula flagella 6
dimittemus, si pinguis, bina. sed prouidendum, ne in una parte sint sarmenta, quae seruas: quod cum fit, uitis, tamquam si fulgure tangatur, arescit. relinquenda sunt sarmenta neque circa durum neque in summo, quia haec uelut pampinaria minus adferunt, illa uitem nimietate fetus onerant et longius ducunt. quare in medio loco seruanda sunt, quae tuemur. plaga non iuxta gemmam sed aliquanto superius fiat et auertatur a gemma propter lacrimam defluentem.

DE PVTATIONE ARBVSTI.

Vitis, quae in arbore conlocatur. prima eius XIII
materia ad secundam uel tertiam gemmam praecidatur. deinde omnibus annis aliquid per ramos crescere subinde patiamur unam materiam semper ad cacumen arboris dirigentes. sed qui fructum uolunt maximum, materias plures per ramos summittunt, qui uinum melius, sarmenta in cacumen extendunt. fortioribus ramis arborum plures materiae, debilioribus inponendae sunt pauciores. putandi autem ratio talis est, ut 2
uetera sarmenta, quibus primi anni fructus pependit,

2 nouellis *L* | seruas *i* ‖ 4 inuenies *E* | haec *PLQSTG*, illae *acgs*, hae—habeant *om. p* ‖ 5 super *G* ‖ 7 in *incl. s* ‖ 8 dimittimus *omnes* | prouidendum est *E* | in ima parte *ac* ‖ 9 serues *L* | fuerit *p* ‖ 12 haec minus afferunt velud pampinaria *E* ‖ 14 quaetuemur *om. p*, *incl. s* ‖ 17 PVTIONE *G*, DE PROVINTIALIB; VINEIS PVTANDIS *V* ‖ 19 uel *om. Q* ‖ 23 plures *om. p* | dimittant *i* ‖ 25 inpone *L*, imponenda *F* ‖ 26 paucioribus *V* | etiam *pro* autem *E* | ut et *iacgs*

omnia recidantur et noua circumcisis capreolis et ramulis inutilibus dimittantur. sed prouidendum est omnibus annis uitem resolui ac religari, quia refrigeratur. ita formandi sunt rami arborum uitiferarum, ne alter sub alterius linea dirigatur: sed loco pingui ulmus a terra octo pedibus, gracili uero septem sine
3 ramo relinquenda est. in solo roscido et nebuloso rami arboris uitiferae in orientem et occidentem putatione dirigantur, ut latera uacua solis radiis membra totius uitis ostendant. agendum est autem, ut uitis spissa non sit in arbore, et deficientibus primis arboribus substituendae sunt aliae. in loco cliuoso humilius rami arborum seruandi sunt, in plano et uliginoso altius. palmites ad arborem non duro uimine ligentur, ne eos uinculum recidat aut adterat. hoc autem noueris, quia palmes, quod extra ligaturam pendens habuerit, fructu induet, quod infra ligaturam, materiae sequentis anni deputabit.

DE PROVINCIALIBVS VINEIS PVTANDIS.

XIIII Vites, quas prouinciali more uelut arbusculas stare dixi, si instituere uelis, ramos a quattuor partibus his relinques et in eis brachiis sarmenta pro uitis possibilitate seruabis. uites autem, quae cannis in orbem coguntur, sic putentur, quemadmodum eae, quae nituntur ridicis aut palis. illae uero, quae sine adminiculis iacent, quod pro sola indigentia faciendum est uel necessitate prouinciae, primo anno duas gem-

6 ulnus *E* ‖ 7 rosido *iacg* ‖ 10 ostendit *E* ‖ 11 desinentibus *E* ‖ 12 sunt *om. E* ‖ 15 praecidat *s* | atque *pro* aut *L* ‖ 16 palmas *p* ‖ 17 fructum *VFac* | induit *PLQVSETFG* ‖ 18 deputabis *E* ‖ 19 PVTANDIS *om. E* ‖ 20 prouinciales uelut *G* | arbuscula *E* ‖ 22 relinquens *E* ‖ 23 stabilitate *E* ‖ 24 stringuntur *p*, cinguntur *a* | haec *PLQVG*, hee *E*, hae *STFi* ‖ 25 radicis *PLQVTF*, radicibus *EG*, redicis *S*, ridicis aut *om. p* ‖ 26 pro *om. E* | indulgentia *p*

mas, deinde plures habebunt. sed huius generis uinea strictius est putanda.

DE NOVELLAE PVTATIONE.

Nouellam uitem Columella dicit a primo anno XV
ad unam materiam esse formandam nec recidendam
totam, sicut Italiae consuetudo est, anno secundo ex-
pleto, quia uel intereant uites in totum recisae uel
infecunda sarmenta producant, quae amputato capite
uelut pampinaria de duro coguntur exire: quare iuxta 2
ipsam commissuram ueteris sarmenti unam uel duas
gemmas relinquendas, quod est merito in uiticula for-
tiore seruandum, et sane excipiendam calamis nouel-
lam uel exiguis palis, ut tertio anno robustiores pos-
sit accipere. nam quadrima nouella, ubi laetum solum 3
est, tres materias merito nutrire cogetur. statim post
putationem sarmenta decisa uineis et rubi et inpedi-
mentum fossoris omne tollatur.

DE PROPAGINIBVS.

Hoc etiam mense propagandae sunt uites. sed XVI
uetus et exesa uinea, cuius duramenta longe proces-
serunt, ut Columella dicit, mergis melius reparabitur,
quam si infossione totius corporis obruatur: quod
agricolis certum est displicere. mergum dicimus, quo-
tiens uelut arcus supra terram relinquitur alia parte
uitis infossa. nam, ut ait Columella, cum totae stra- 2

2 strictus *G* | eputanda *P* || 3 DE NOUELLA PVTANDA *GE*, DE Nouella putanda *i*, De nouellae uitis putatione *a* || 7 quod *E* || 8 perducant *G* || 9 iusta *E* || 11 dicimus relinquendas *E*, censemus rel. *a*, [censemus] rel. *cgs*, relinquenda sunt *p* || 12 calami *P* || 14 nouellam *G* || 15 materies *V* | merito *om. E* | seruare *pro* nutrire *p* || 16 in sarmenta *p* | a uineis *ia*, a *incl. cgs* | impedimenta *p* || 17 omne *om. p* || 19 uetus *om. E* || 20 longe *om. E* || 23 displice *Q* || 25 tota est ratae *PV*, tota est recte *L*, tote extincte *F*, tota est craterate *p*

tae sunt, plurimis radicibus totius corporis fatigantur. mergi uero post biennium reciduntur in ea parte, quae supra est, et in loco iustas uites relinquunt. sed, ut agricolae adserunt, post biennium si recidas, plerumque infirmas habent radices et simul repente perierunt.

DE INSITIONIBVS.

XVII Hoc mense calidis et apricis locis optime cele-
bratur insitio, quae fit tribus generibus. sed ex his
duo nunc fieri possunt, tertium reseruatur aestati.
sunt autem genera inserendi haec, aut sub cortice
aut in trunco aut inplastro. inseremus ergo sic. ar-
borem uel ramum in loco, qui nitidus et sine cicatrice
est, serra recidemus non laeso cortice. post serra-
2 turam plagam ferramentis acutis incidamus. inde
quasi cuneum tenuem ferreum uel osseum, maxime
leoninum, inter corticem et lignum tribus prope di-
gitis consideranter deponimus, ne corticis fascia dis-
sipetur, et in eum modum subducto cuneo statim
surculum mergimus una parte decisum salua medulla
et cortice partis alterius, qui supra arborem sex uel
3 octo digitis emineat. duos uel tres uel plures surcu-
los pro trunci qualitate constituemus. quaternis digi-
tis uel amplius inter eos spatium relinquemus. tunc
iunco aut ulmo aut uimine stringemus et super lutum
musco tectum ponemus ac ligabimus, ut quattuor di-

1 pluribus *E* || 3 iusta *p*, uiuas *E* | relinquuntur *p* || 4 si *om.* *F* | recisas *Q*, recidis *F* || 5 infirmat *PLQ*, infirmatas *G* | repente simul *EGiacgs* || 6 pereunt *SETiacgs* || 10 fieri duo nunc. post *E* | reseruantur etati *E* || 11 Est autem inserendum *p* | genera *om.* *PLQVG* || 12 ergo hec sic *E* || 13 nitidis *F* | nitidus est et sine cicatrice *iacgs* || 15 nitidamus *VGa*, nitidamus uel incidimus *p* || 16 tenuem *om.* *Ep* || 17 tribus *om.* *L* || 18 considerantes *G* | fascea *PLQVEF*, fascia *in rasura* *G* || 19 locum *s* || 24 relinquimus *ac* || 25 iungo *L* | stringimus *PLQVSETFi* | et — ponemus *om.* *G* | supra *a* || 26 ligauimus *L*

gitis supra lutum possit surculus eminere. plerosque
delectat strictum primo sectae arboris truncum uin-
culis artioribus in medio findere et ibi surculos ex
utraque parte rasos in modum cunei, ut integra sit
medulla, demergere praemisso ante cuneolo, quo sub-
ducto depositus surculus redeunte in plagam materia
possit astringi. sed hoc utrumque genus uernum est 4
et fit crescente luna, ubi incipit arborum gemma tur-
gescere. surculi autem, qui inserendi sunt, sint nouelli,
fertiles, nodosi, de nouo nati, ab orientali arboris
parte decisi, crassitudine digiti minoris, bifurci uel
trifurci, gemmis pluribus uberati. si arborem minorem 5
desiderabis inserere, in qua sine dubio meliora in-
crementa proueniunt, circa terram secato: et quod
melius est, surculos inter lignum corticemque depone,
tunc stringe. quidam rasum ex utraque parte surcu-
lum conuenientem soliditati arboris inferendae sic in
medio deponunt, ut cortex surculi undique cortici
arboris reddatur aequalis. sed in nouella arbore terra
mota usque ad ipsum insitum colligatur: quae eam
res a uento et calore defendet. mihi adseruit diligens 6
agricola omne insitum sine dubio conprehendere, si
depositis surculis uiscum non temperatum in ipsa
plaga pariter mergamus quasi glutino quodam sucos
materiae utriusque mixturum. de inplastratione suo
mense dicemus. quartum genus Columella sic ret-
tulit. gallica terebra usque ad medullam arborem per- 7
forandam plaga interius leuiter inclinata. ibi educto

1 super *a* ‖ 3 altioribus *QFi* ‖ 4 recisos *p* ‖ 5 qui *E* ‖ 6 depositos *L* | plaga *E* | materiam *E* ‖ 7 extringi *SE* | hoc *om. Q* | ueris *G* ‖ 8 quando *pro* ubi *p* | gemma arborum *iacgs* | germinatur *F* ‖ 10 denuo *E* ‖ 11 excisi *E* | minoris excisi *E* | uel trifurci *om. E* ‖ 12 ubertati *E* ‖ 16 quidem *V* (em *in rasura*) ‖ 17 soliditate *V*, solidatae *E* ‖ 20 colligatumque; ea res *E* ‖ 21 defendat *Li* ‖ 24 mittamus *E* | sucus *S*, succus *E* ‖ 25 demplastratione *PLQT*, DE implastratione *Si*, De inplastratione *GE*, De emplastratione *ceteri* ‖ 26 quarum *G* ‖ 28 educta *G*

omni scobe uitem uel ramum ad modum foraminis inpressi delibratum, sucidum tamen et umentem stricte inprimi una aut duabus gemmis foris relictis. tunc argilla et musco locum diligenter operiri. ita et uites
8 in ulmo inseri posse commissas. Hispanus quidam mihi hoc genus nouae insitionis ostendit. ex persico se adserebat expertum. salicis ramum brachii crassitudine, solidum, longum cubitis duobus aut amplius terebrari iussit in medio et plantam persici in eodem loco, in quo consistit, spoliatam ramis omnibus solo capite relicto per ipsum saligni manubrii foramen induci: tunc eundem salicis ramum terrae capite utroque demerso in arcus similitudinem debere curuari, foramen luto, musco, uinculis stringi: anno deinde exempto, ubi infra medullam salicis caput plantulae sic cohaeserit, ut unitas sit ex duobus mixta corporibus, plantam subter incidi atque transferri et aggeri terram, quae arcum salicis cum persici cacumine possit operire: hinc persici poma sine ossibus nasci: sed hoc locis umidis conuenire uel riguis et salices aquationibus adiuuandas, ut et natura ligni uigeat, quae delectatur umore, et superfluentem copiam suci germinibus ministret alienis.

DE INSTITVENDIS OLIVETIS.

XVIII Hoc mense locis temperatis instituemus oliueta, quae uel pastinis conserenda sunt, ut extremas circa

1 scrobe *QFEac*, sorde *V* ‖ 2 delibetatum *G* | suci dum *PQ* | umente *Q* ‖ 4 operi *E* ‖ 5 conmissas *om. p*, *incl. s* | DE PERSICO *ins. E* ‖ 6 mihi *om. G* | hoc genus mihi *E* | bonae *p*, *om. Gi* | et ex persico *T*, quod ex pers. *s*, [quod] ex pers. *g* ‖ 7 asserebat se *E* hoc *supra adiecto* ‖ 14 uero *pro* luto *E* | astringi *E* ‖ 15 exacto *p* | plantu ae *Q*, plantae *Fiacgs* ‖ 16 sicco haeserit *PLQV*, sicco heserint *G*, sicco heresit *T* | unita *S* ‖ 17 indici *L* | aggerari *iacgs* ‖ 20 irriguis *VEp* | aquationibus conuenire, vt *p* ‖ 21 et *om. E* | uiceat *PL*, uincat *V*, uice aquae delectetur *Gp* ‖ 22 persici *pro* suci *p* | graminibus *i* ‖ 26 uel *om. V*

decimanum tabulas cingant, uel suum locum tenebunt.
si ponuntur in pastino, radicatae plantae decisis capi-
tibus et brachiis et in truncum redactae usque ad
mensuram cubiti unius et palmi in fermento terrae
fossae defigantur locum palo antea deprimente: hordei
grana subteriaciantur et amputetur his, quicquid putridi
inuentum fuerit aut arentis: et tunc capita earum luto
uelentur et musco ulmeis uinculis uel tenacibus qui-
buscumque constricta. sed maximum beneficium est 2
et proficit incremento, si rubrica partes notentur,
quibus obuersae steterant, et contra eas simili ratione
ponantur. sint a se discretae pedibus quindecim uel
uiginti. omnis subinde circa eas herba uellatur: et
quotiens se imber infuderit, breuissimis ac frequen-
tissimis fossionibus sollicitentur. et subinde ducta a
trunco terra atque permixta in aliquanto altiores cu-
mulos congeratur. quod si oliuetum suo loco facere 3
uolueris, haec genera terrarum sequeris, terram, cui
mixta sit glarea, aut cretam sabulonis coniunctione
resolutam aut pinguem sabulonem aut terram naturae
densioris et umidae. creta figuli omnino repudianda 4
est et uliginosa et in qua semper umor adsistit et
sabulo macer et nuda glarea: quamvis enim conpre-
hendat, non conualescit. potest seri, et ubi arbutus
aut ilex steterat. nam cerrus et excisa radices noxias

3 redatae *Q* | admensura *Q* ‖ 5 defossae *E* | pala *G* | ordo *F* ‖ 6 iis *acgs* ‖ 7 etiam tunc *E* | tunc capita amputata luto *G*, tunc amputata capita luto *acg*, tunc [amputata] cap. lut. *s* ‖ 8 musco. uel neis uinculis *G* | tenascibus *E* ‖ 10 ut *pro* et *PLQSETFG et edd.* | proficiet *T*, proficiat *SEG et edd.* ‖ 11 obuersa est et erant *PL*, obuersa est. et erutae *G*. obuersae steterunt *editiones* | et *om. G* ‖ 16 aquae *E* | aliquatos *E* ‖ 18 haec terra *L* | Terra cum *G* ‖ 20 sabulonem pinguem *E* ‖ 21 uiuidae *codd. praeter F* | Creta omnino figuli *E* ‖ 22 humor semper *G* ‖ 23 macra *E*[2] ‖ 24 tamen non *s* | arbustus *QE* ‖ 25 lex stet *L*, ilex exstiterat *G* | Nam excisa acerrius us. et radices *E*, ceasus *Q*, cerasus *V*, cernis *F*, cedrus *p* | et *om. V*, etiam excisa *hab. p*, et aesculus excisa *iacgs*

relinquit, quarum uirus oleam necat. locis aestuosis septemtrionali colle, frigidis meridiano gaudet, mediis cliuis delectatur. neque imum locum neque arduum patitur, magis modicos cliuos, sicut est regio sabina uel baetica. bacarum genus numerosum est et plurium uocabulorum, sicut pausia, orchis, radius, sergia, licinia, cominia et ceterae, quas nominare non adtinet. pausia tamen oleum quod reddit, dum uiride est, optimum, sed cito uetustate corrumpitur. optimum licinia dat, plurimum sergia. sed de his hoc generaliter praecepisse sufficiet, maiores bacas cibo,
5 minores oleo profuturas. si frumentarius ager est, quem conserimus oliueto, quadragenis inter se pedibus distent, si macer, uicenis quinis. melius faciemus, si ordines in fauonium dirigamus. cum deponentur, in scrobes siccas constituantur quaternis pedibus fossas. glarea etiam, ubi lapides defuerint, misceatur et stercus. si clausus locus est, modice supra terram, quae ponuntur, emineant. si pecora formidantur, altiores trunci esse debebunt. in siccis uero prouinciis, cum
6 pluuiae desunt, et rigare conueniet. si prouincia indiget oliuetis et non est, unde planta sumatur, seminarium faciendum est, id est, tabula effossa, sicut superius dixi, ut ibi, sicut Columella dicit, rami serra incisi in modum sesquipedalem deponantur. inde post

1 uirtus *E* | nequat *E*[1] | Oliua locis *SE* | estiuosis (aestiuosis) *PLVGSETF* || 4 cliuos desiderat *S*[2]. cliuos diligit *Eas*, cl. [diligit] *cg* || 5 boetica *V* | Becarum *V*, Olearum *p* | plurimum *PLVFG*, plurimorum *SEp* || 6 sunt *pro* sicut *E* || orches *PLQVTFi*, horches *G*, orces *S*, corces *E* || 7 ominia. et cetera que *E* || 8 dum *om. p* || 9 est *post* optimum *ins. Tas*, [est] *cg* || 10 haec *Eiacgs* || 11 praecipisse *V* | sufficiat *E* | maiores — profuturas *om. p* || 13 quadrigenis *L* || 14 uicenus *L*, in cenis *p*, *om. i* || 15 fauorio *E*[1], fauonio *E*[2] || 16 sicce *p* | fosse *p* || 17 ibi *L* || 21 et *om. QTiacgs* | Et si *i* || 22 est seminarium. uel unde faciendum est seminarium *E* || 24 ubi *P* | dixit *E* || 25 deponuntur *E*

quinquennium poterit ualida planta transferri et locis frigidis hoc mense plantari. scio plerosque, quod facilius atque utilius est, radices olearum, quae in siluis plerumque sunt, aut in locis desertis in cubitalem mensuram recisas aut in seminario, si placuerit, aut in olиueto solere disponere et admixtione stercoris adiuuare. qua re proueniet, ut ex unius arboris radicibus numerosa planta nascatur.

DE POMIFERIS ET SPATIIS EARVM GENERALE PRAECEPTVM.]

[Etiam pomiferas arbores possumus in pastinis XVIIII a septemtrionali regione disponere, de quibus singillatim dicemus, quae specialiter sunt tenenda. nam pomis eadem conuenit terra, quae uitibus. scrobes autem maiores facies, ut materiae prosis et fructui. si pomarium facies, inter ordines tricenos pedes relinques. plantas statues radicatas, quod est melius. 2 seruabis, ne cacumina aut manu fracta aut erosa non crescant. unumquemque ordinem suo generi deputabis, ne infirmae a ualentioribus obprimantur. plantas similiter notabimus, ut ipsis, quibus steterant, cardinibus obponamus. de cliuo sicco et exili in planum, 3 pinguem, umidum transferemus. si truncos ponere uolueris, supra terram prope tribus pedibus erigantur. ubi duas in una scrobe plantas deponis, cauendum est, ne se contingant. nam uermibus interibunt. sed,

1 uada *Q* | planta *om. Q* ‖ 2 transferri *pro* plantari *p* ‖ 4 cubilitatem *L* ‖ 7 eximijs *F* | ex *om. E* ‖ 8 vellatur *p* ‖ 12 parte *E* | singillatim *LSE*, singulatim *V* (u *in rasura*), sigillatim *ceteri* ‖ 15 minores *L* | prosit *a* | fructibus *E* ‖ 16 pomarum *L*, porium *E* ‖ 18 sed seruabis *Eacgs* | nec acumina *G* | aut aerosa *G*, aut ulcerosa *V* ‖ 19 sugener i *Q*, suo genere *L* ‖ 20 deprimantur *E* ‖ 21 notauimus *LVF* ‖ 22 et *ante* exili *om. PLVTFG* | exilii *PL* ‖ 23 uminum *L*, et humidum *iacgs* | truncus *L* ‖ 24 super *V* ‖ 25 depomis *L*

ut Columella dicit, feraciores sunt, quae seminibus, hoc est, nucibus suis, quam quae plantis ponuntur aut ramis. ubi regio siccior est, aquationibus adiuuentur.

DE FODIENDIS, PALANDIS ET LIGANDIS VITIBVS VEL LAETANDIS ARBORIBVS.

XX Nunc locis maritimis et calidis fodiendae sunt uites uel, si haec prouinciae consuetudo est, exarandae et in eisdem locis palandae aut ligandae sunt uineae, priusquam gemma procedat, cuius concussione uel
2 adtritu incurritur grande dispendium. nunc oleae ceteraeque arbores laetamen accipiunt decrescente luna. sufficiet autem maiori arbori uehes una, minori media ita, ut subducta a radicibus terra et fimo permixta reuocetur. tempore hoc, si quae sunt in seminariis plantae, circumfodiendae sunt et amputandi eis rami superfiui uel radiculae, quas circa in superiori parte miserunt.

DE ROSIS, LILIIS, CROCO, VIOLIS CONSERENDIS.

XXI Hoc mense rosaria conseremus, quae sulco breuissimo aut scrobibus ponenda sunt uel uirgultis uel etiam semine. semina autem rosarum non putemus medios flosculos esse aurei coloris, quos rosae ferunt, sed bacas nutriunt, quas in breuissimi piri similitudinem plenas seminibus suis post uindemiam reddunt

1 feratiores *G* || 2 hoc est nucibus *om. p* | aut — adiuuentur *om. p* || 4 PALANDIS *om. G* || 5 uineis *c* | LAETAMINANDIS *S*, letaminandis *E* || 7 cui *pro* si *SE* || 8 et — ligandae *om. G* || 9 concursione *Qi* || 10 attrita *F* | dispedium *L* || 12 minori arb. *V*, arb. maiori *F* | ueges *PLQSETFGi*, uegis *V*, neges *p* || 14 sic quae *L* || 16 superfluuii *V* | superiore *iacgs* || 18 UIOLES *L* || 22 putamus *V* || 23 modicos *G* | quos rose fertur *T*, quae rosae fuerunt *gs* || 24 breuissimis *Q* || 25 suis *om. icgs*

maturas, quarum tamen maturitas ex colore fusco et
mollitie poterit aestimari. si qua etiam sunt antiqua 2
rosaria, hoc tempore circumfodiuntur sarculis uel dola-
bris et ariditas uniuersa reciditur, nunc et quae rara
sunt, possunt ducta uirgarum propagine reparari. si
rosam temperius habere uolueris, duobus palmis ab
ea gyrum fodies et aqua calida bis rigabis in die.
nunc et liliorum bulbos ponemus uel lilia ante habita 3
sariemus summa diligentia, ne oculos circa radicem
nascentes et minores bulbulos sauciemus, qui a matre
subtracti atque in alios digesti ordines noua lilieta
formabunt. item uiolarum plantae et croci bulbi serendi
sunt uel subtiliter, si fuerant ante, fodiendi.

DE LINI SEMINE SERENDO.

Hoc mense aliqui lini semen laeto solo in XXII
iugerum decem modios spargunt et lina consequuntur exilia.

DE CANNETIS ET ASPARAGIS ET PLANTIS SALICVM VEL GENESTAE.

Tempore hoc canneta ponenda sunt factis XXIII
breuissimis scrobibus et oculis cannarum per singulas scrobes obrutis, qui semipedis spatio inter se distare debebunt. si calidae et siccae prouinciae studemus, ualles umidas uel inriguas opus est deputare cannetis: si frigida regio est, locis mediis instituantur, sed suco uillarum subditis. inter haec asparagorum

3 hoc mense *p* | fodiuntur surculis *G* ‖ 4 recidatur *Qi* ‖ 6 habea *G* ‖ 7 guirum *PLQ*, in gyrum *Gia*, [in] gyrum *cg* ‖ 8 bullos *E* ‖ 9 summa — sauciemus *om. E* ‖ 10 a matre qui *E* ‖ 12 rocibuli *E* ‖ 13 et *pro* uel *p* ‖ 14 LINTI *V* ‖ 15 lento *E* ‖ 16 modiis *L* ‖ 17 exalia *Q*, *om. E* ‖ 18 et asparagis *om. i* | ASPARGIS *L* ‖ 19 et gen. *c* ‖ 22 semispedis *Q* ‖ 23 debunt *Q* | sunt et *Q* ‖ 26 sed—subditis *om. p*

etiam semina spargere possumus, ut mixta nascantur,
quia et asparagi coluntur et incenduntur hoc more,
2 quo cannae. sed si sunt antiqua canneta, hoc tem-
pore sarientur recisis, quae in radice purganda sunt,
id est, putribus male porrectis et si qua gignendi
oculos non habebunt. nunc salicis plantas et omnium
generum, quae arbusto adplicandae sunt, uel genestae,
ubi deerit, obruemus. ex bacis etiam myrti et lauri
seminaria faciemus uel, si fuerant, excolemus.

DE HORTIS.

XXIIII Circa idus februarias sepes hortorum ex con-
gesto in funibus spinarum semine faciendae, sicut
dictum est, cum de munimine loqueremur hortorum.
item Graeci dicunt de grossa rubi virga fieri debere
particulas et palmaribus scrobibus obrui et cotidie,
2 donec frondeat, fossione et rigatione nutriri. hoc
mense lactuca seritur, ut possit aprili mense trans-
ferri. item carduus seritur et nasturtium et corian-
drum et papauer, sicut mense nouembri, et allium
uel ulpicum. nunc satureia seritur pingui agro, non
stercorato, sed aprico uel melius mari proximo: et
3 cum cepullis mixta seminatur. hoc etiam mense ce-
pullas seris: sed constat et uere et autumno esse

1 nascuntur *G* ‖ 2 asparagia *G* | eo *acg* | mense *E* ‖ 4 recidisque *L* ‖ 5 putridis *T* ‖ 6 habent *SEs* | salices *E* | omniumque *E* ‖ 7 generum arbusta. applicandae *E* | genistae *G*, genestas (ubi deerunt) *acg* ‖ 8 obruemur *L* ‖ 9 semina S^1E ‖ 11 februarias *QF*, februarii *E* ‖ 12 faciendae sunt *Eias*, sunt *incl. cg* | sunt. ut *pro* sicut *T* ‖ 13 uimine E^1 ‖ 14 crassa *acgs* ‖ 16 frondeant *iags* | DE LACTVCA *ins. E* ‖ 17 ut—seritur *om. p* ‖ 18 DE CARDVO *ins. E* | nastartium et alum uel ulpicum et coriandrum et papauer sicut mense nouembri *S*, nasturcium. et allium. et ulpicum. et coriandrum. et papauer. sicut mense nouembri. Nam *E* | coliandrum *PLQVF* ‖ 20 et ulpicum *Eacgs*, *om. p* ‖ 22 cum *incl. g* | DE CEPVLLIS *ins. E* | cepulla *G* ‖ 23 seritur *G*, seres *cgs* | esse *om. p*

seminandas. si semen eius seueris, in caput crescit et
minus reddit in semine: si capitulum ponas, ipsum
macescit et multum semen educit. terram cepae de-
siderant pinguem, uehementer subactam, inriguam,
stercoratam. ibi areas faciemus omnibus herbis et
radice purgatas. seremus placido et sereno die, maxime
austro uel euro flantibus. si minuente luna serantur, 4
tenues et acriores proueniunt, si crescente, robustae
et saporis umecti. rarius sunt ponendae, runcandae
ac sarculandae saepius. si capita uoluerimus his esse
maiora, folia omnia debemus auferre: sic sucus ad
inferiora cogetur. de quibus uero semina colligenda
sunt, iuuentur adminiculis, ubi caulem coeperint ex-
citare. cum niger color seminis fuerit, praeferunt
maturitatis indicia. uellendi sunt thalli adhuc semi-
sicci cum semine et sic in sole siccandi. hoc mense 5
anethum seres locis frigidis. omnem caeli statum
patitur, sed tepidiore laetatur. rigetur, si se imber
abstineat. seratur rarius. aliqui semen eius non ob-
ruunt opinantes, quod a nulla aue tangatur. nunc et
senapi serere possumus. hoc etiam mense caules sere-
mus, qui et toto anno seri possunt. solum pingue et
satis subactum diligunt: argillam et glaream timent:
sabulone et harenis non delectantur, nisi perennis
unda succurrat. omnem statum caeli caulis patitur, 6
frigidum magis. contra austrum positi citius ferunt,
contra septemtrionem serius. sed hic et sapore caulis

1 capite *p* ‖ 2 ipsum *om. p* ‖ 3 marcescit *VEGp*, marcessit *F* ‖ 4 uel uehementer *V* ‖ 5 arenas *E* ‖ 8 prouenient *G* ‖ 10 sarculandae sunt *VSETFGiacgs* | Saepius si *E* ‖ 11 auferri *V* | et sic *ia*, [et] sic *cgs*, si *L*, Si *V* ‖ 13 iuuemus *p* | aminiculis *LE*, amminiculis *ia* | coeperit *i* ‖ 14 praefertur *E*, *om. p* ‖ 15 indicium *E* | talli *PLQSEF*, tali *VTG* ‖ 17 anetum *codd.* ‖ 18 regitur, si non pluerit; seratur *p* ‖ 19 non *om. E* ‖ 20 et *om. T* ‖ 21 synapi *VT*, sinapim *SE*, sinapi *edd.* | possumus. Et caules, qui toto *p* ‖ 22 solo pingui et satis subacto *p* ‖ 23 arenam *pro* argillam *i* ‖ 24 pennis *F*, perhennis *QT* ‖ 25 succurat *Q* | caeli statum *iacgs* ‖ 27 hic caulis et sapore *E*

uincit et robore. cliuis delectatur et ideo ponendae
sunt plantae per puluinos arearum. gaudet stercore
et sarculatione. rarius positus conualescit. celerius
coquetur uirore seruato, si, dum est trium uel quat-
tuor foliorum, nitrum tritum cribello desuper spargas,
7 ut speciem pruinae canentis imitetur. Columella dicit
plantarum radices alga marina inuoluendas seruandae
uiriditatis causa fimo simul adhaerente. ponendae sunt
plantae maioris incrementi, quia, licet serius conpre-
hendant, fortiores fient. si hiems est, tepido iam die,
si aestas, cum sol in uesperam declinatur, planta
pangenda est. uastior fiet, si terra operiatur adsidue.
8 semen brassicae uetustum mutatur in rapa. hoc mense
post idus sfongeas asparagorum uel nouas formare
incipiemus ex semine uel antiquas ponemus. mihi
etiam illud utile uidetur ac diligens, ut asparagi
agrestis radices plurimas in unum locum congeramus
cultum uel certe saxosum, quae statim fructum dent
ex loco, qui aliud nil alebat, et has annis omnibus
incendamus in scopis, ut fructus frequentior surgat
et fortior. hoc autem genus est sapore iucundius.
9 nunc etiam malua seri potest. mentam quoque sere
plantis uel radicibus loco umido uel circa aquas.
apricum solum nec pingue nec stercoratum desiderat.
hoc mense feniculum seres loco aprico et modice

1 rubore, qui cliuis *p* | caulis *pro* cliuis *E* | et ideo — arearum *om. p* | etiam *pro* et *E* ‖ 2 bulbinos *QVTGi*, pulbidos *E* ‖ 3 posisitis non ualescit *Q* | celerius — imitetur *om. p* ‖ 4 coquitur *QS*[1]*Eiacgs*, ponetur *T* | uiro reseruato *LQ*, uigore seruato *p* ‖ 5 uitrum *F* | spargis *Ep* ‖ 6 et *pro* ut *PLQVSETFi* | candentis *acg* ‖ 8 haerente *p* ‖ 11 ad uesperam *p* ‖ 12 ponenda *E* | assiduo *s* ‖ 13 semen — iucundius *om. p* | brassidae *V*, brassisse *F* | in rapam *Gi* ‖ 14 fongeas *PLQE*, sfongeas *SGi*, spongias *acgs* ‖ 16 illud *om. GE* | uile *LTG* ‖ 17 agresti *PLQVE* ‖ 18 saxonum *E* ‖ 19 nihil *LG* ‖ 20 fructibus *L* | resurgat *E* ‖ 21 iocundius *LQGTE* ‖ 22 Mentam quoque sere quae pl. rad. stercus desiderat. Hoc mense *etc. p* ‖ 25 hoc loco fen. *p* | et *om. p* | maxime *pro* modice *i*

saxoso. seritur primo uere pastinaca et semine pone-
tur et plantis loco pingui, soluto, altius pastinato:
raram statues, ut robur accipiat. cunela etiam nunc
seritur et colitur eo more, quo allium uel cepulla.
nunc caerefolium locis frigidis post idus seratur: de-
siderat agrum laetum, umidum, stercoratum. hoc 10
mense betam seremus, quamuis possit et tota aestate
seminari. amat agrum putrem, umidum locum. trans-
ferenda est quattuor aut quinque foliorum radicibus
fimo recenti oblitis. amat frequenter effodi et multo
stercore saturari. hoc mense porrus serendus: quem 11
si sectilem uelis, post duos menses, quam satus est,
poteris desecare manentem in areis suis, quamuis
adserat Columella etiam sectiuum diutius duraturum
melioremque, si transferatur. et quotiens secabitur,
aqua iuuetur et stercore. si capitatum facere uelis,
quod uere seueris, octobri mense transferre debebis.
serendus est loco laeto et maxime campestri, area
plana, pastinata alte et diu subacta et stercorata.
si sectiuum uelis, spissius, si capitatum, rarius seris.
sarculo frequentandus est et herbis liberandus. cum 12
digiti crassitudinem habuerit, a media parte praecisis
foliis et truncatis radicibus transferatur: oblitus fimo
liquido quaternis uel quinis digitis separetur. cum
radices agit, modice conprehendendus et adleuandus
est sarculo, ut suspensus a terra, quod spatii uacuum
subter inuenerit, capitis uastitate cogatur inplere. item

1 seritur primo uere *incl. s*, *om. p* || 2 soluto *om. p* || 3 ra-rum *p* | robor *LG* | cumela *Q*, cunela—caerefolium *om. p* || 4 quod *L* || 5 Nunc etiam *E* | certe folium *V*, cerefolium *GE* | humidis *pro* frigidis *p* || 7 aetate *G* || 8 putridum et humi-dum *E* | locum *om. p*, laetum *hab. acgs* || 11 est serendus *E* || 13 aeris *P* || 14 duratum *E* || 15 meliorem *E* || 16 iubetur *P* | capitum *G* | vis *E* || 17 quod uere seueris *om. p* | ubere *PLQT*, uere *V in rasura* || 18 secundum *pro* serendus *p* || 20 seres *EGacgs* || 21 et *om. p* || 22 grossitudinem *E* | habuit *p* || 25 aget *codd. praeter F* | conprehendendus est et alleniandus sarculo *E* || 26 suspensum *p* || 27 uastitatis *L*

plura semina in unum ligata si deposueris, grandis porrus nascetur ex omnibus. item si capiti eius rapae semen inmittas sine ferro et pangas, multum fertur
13 increscere: melius, si frequenter hoc facias. hoc mense inula seritur, quo canneta ponuntur. seritur oculis sicut calami, quos abscidere et terra leuiter debemus obruere terra fossa et subacta excitatis ad lineam puluinis, quibus eius oculos oportet infodere. trium
14 pedum inter se spatio separantur. hoc mense colocasei bulbos ponemus. amant umidum locum, pinguem, maxime inriguum. circa fontes laetantur et riuos nec de soli qualitate curant, si perpetuo foueantur umore. frondere prope semper possunt, si tamquam citreta tegumentis defendantur a frigore. hoc mense cyminum et anesum seritur loco bene subacto et cui laetamen admisceas. quod satum est, herbis purgetur adsidue.

DE POMIS.

XXV PIRVS. Plantas pirorum mense februario locis frigidis ponemus, calidis uero nouembri: sed mense nouembri pira locis tepidis conserenda sunt, ut solo iuuentur inriguo. ita et florem plurimum proferent et magnitudinem pomi turgentis adquirent. nasci tamen tali solo maxime diligunt, quali uineas diximus conuenire: sed laeto solo et ualidas arbores et fructus
2 plurimos consequemur. lapidosi generis pira uitium mutare creduntur, si terris mollibus conserantur. sed

3 fertum *L* ‖ 4 melius—separantur *om. p* ‖ 5 cannata *P* ‖ 6 abscindere *Eiacgs* ‖ 7 adlineaneam *Q* ‖ 8 publinis *Q*, bulbinis *VGi*, pulbinis *F* | oculus *L* | opordet *Q* | infodore *P* ‖ 9 se *om. G* | collocassiae *E*, colocasiae *editiones* ‖ 10 amant enim *E* ‖ 12 caliditate *E* ‖ 13 fondere *P* | semper prope *E* | citetra *G*, citreo *E* ‖ 14 ciminum *STFia* ‖ 15 anessum *PQVF*, anisum *editiones* | serimus *E* ‖ 18 DE PIRIS *E*, De Pomis & primo de piro *ia*, de pomis, et primo de pyris *c* ‖ 19 febroario *Q* ‖ 23 ponitur gentis *L* ‖ 24 quale uineis *SE*, quale uinetis *acgs*

pirum plantis serere prope tardus euentus est: tamen
quibus hoc placet, ut semina generosa nihil sibi de
agresti asperitate permisceant, plantas bimas aut tri-
mas eo more, quo oleae ponuntur, radicatas magnis
scrobibus ponant, supra terram tribus altas uel quat-
tuor pedibus, quarum decisa cacumina argilla mixta
muscus debet operire. nam si quis pirorum semen
aspargat, nasci quidem necesse est originem suam re-
fouente natura, cuius aeternitati nulla tarditas potest
creare fastidium. sed homini hoc spectare longinquum
est, cum et sero ueniant et de generis nobilitate de-
cedant. melius ergo hoc mense nouembri fiet, ut piro- 3
rum plantas radicatas seramus agrestium subactis bene
scrobibus, ut, cum prehenderint, inserantur. hoc autem
interest, quod, quae plantis suis seruntur, dulcedinem
ac teneritudinem seruant, diu tamen seruata non durant:
insita uero moram temporis sustinebunt. spatia inter
piros triginta pedum mensura discernat. genus hoc
arboris, ut proficiat, frequenti umore et adsiduis fos-
sionibus est colendum usque adeo, ut tempore, quo
florere consueuit, nihil perditura credatur de flore pro-
lato, si eam tunc fossor adiuuerit. multum proficis, 4
si interiecto anno, quale libet, laetamen adiungas:
sed bubulum creditur spissa et grauia poma generare.
aliqui cinerem miscent credentes hinc contrahi pomis

2 sic *pro* hoc *p* | placuit *Fiacgs* | nam *pro* ut *p* ‖ 3 binas aut trinas *E* ‖ 4 quod *L* | radicas *Q* ‖ 5 ponunt *V* | terram *om. E* | aut *E* ‖ 8 aspargat *PLV*, aspergat *ceteri* | remouente *E*, repente *p.* ‖ 10 causare *i*, afferre *acgs* | speccare *Q*, expeotare *Eacgs* | longum *E* | quum est eum *P* ‖ 11 uenient *Q* ‖ 12 nouembris *E* ‖ 14 conprehenderint *PLQTF*, compr. *Gi*, cum conprehenderint *VS*, comprehenderint *E* ‖ 16 tene dinem S^1, ritu *supra* S^2, aeredinem *E*, teneritatem *acgs* | seruabunt *p* ‖ 18 discernant *Q* ‖ 20 quos *V* ‖ 21 nil S^1E | perdatur ac radetur *V* ‖ 22 forsor *L* ‖ 23 intergecto *E* | quadelibet *Q* | adiugas *G* ‖ 24 creditur *omittunt omnes praeter SE* | generare poma *E*, generare fertur *TGas*, generare [fertur] *cg*, generat *i*

argutos sapores. generum uarietates exequi super-
uacuum puto, cum in ponendis uel excolendis sit
nulla distantia. si languida arbor est piri, uel ob-
laqueatae radicem terebras et ibi ligneum palum de-
primis uel in trunco similiter terebrato ex teda cuneum
5 figis uel, si hoc desit, ex quercu. uermes eius arboris
et nati necantur et nasci prohibentur radicibus felle
taurino frequenter infusis. item feces uini ueteris
recentes, si radicibus adfundantur per triduum, diutius
6 arbores in floribus laborare non faciunt. si lapidosa
pirus est, ab extremis radicibus terram priorem leua-
bis et secernes omnes lapillos: quibus diligenter re-
motis alteram terram cribro cretam in loco eius in-
7 fundes. sed hoc proderit, si rigare non cesses. mense
februario et martio pirus inseritur more, quo dictum
est, cum de insitione loqueremur, sub cortice et in
trunco. inseritur autem piro agresti, melo, ut non-
nulli, amygdalo et spino, ut Vergilius, orno et fraxino
8 et cydoneo, ut aliqui, et punico sed fisso ligno. sur-
culus piri, qui inseritur ante solstitium, anniculus
esse debet et priusquam figatur, foliis et omni tenera
parte priuari: post solstitium uero eum figis, qui
summum germen inclusit. pirus omni genere inseri-
tur. condienda sunt pira die placido decrescente luna
a uigesima secunda usque in octauam. eadem poma

1 superfluum *E* || 2 uel excolendis *om. p* || 3 nulla sit *iacgs* | oblaqueaque *F*, ablaqueatae *SEiacgs* || 4 ligneum *om. T*, lignum *hab. PLQ* | palum deprimis *om. p* || 6 infigis *G*, deprimis *p* | haec *s* || 7 si radicibus *E* | felle—radicibus *om. E in textu et hab. in marg.* quae || 8 saepe *pro* frequenter *p* || 9 recenter *om. p* || 10 arbores *incl. cgs* | in floribus *om. Ep* || 11 puriorem *SE* || 13 cribratam in *p* | infundis *PLQVGS TFic*, effundes *E* || 14 cessas *ic* || 15 prius *ac* | morte quod *Q* || 17 in piro agresti *G*, piro agresti uelut *p* | in melo *G*, malo *E²iacgs* | ut *om. Q* || 18 amigdalo *S* | spinae *i* | fraxo *PLQVGSE*, fraxin *F* || 19 cidoneo *SF*, cydonio *T et edd.* | spisso *p*, vel fisso *G* || 24 pira ita *PLQVSTFEGiac*, pira [ita] *gs* || 25 usque ad *i*

sicca et manu lecta hora a secunda in quintam uel a septima in decimam a caducis diligenter electa integra et prope dura et aliquanto uiridia in picato uase clauduntur, quod operculo tegitur et deorsum os eius inclinatur atque obruitur in eo loco, circa quem perennis aqua decurrit. item quae dura sunt in carne 9 et cute, prius in aceruo posita, ubi se mollire coeperunt, in uas fictile bene coctum picatumque ponuntur et operculo superueniente gypsantur. uas breui scrobe demergitur in eo loco, qui cotidie sole tangatur. plurimi pira obruta inter paleas aut frumenta seruarunt. alii statim lecta cum tenacibus suis picatis urceis condiderunt et oribus uasculorum gypso uel pice clausis ipsa sub diuo obruta sabulone texerunt. alii pira, quae se non contingerent, in melle seruarunt. item pira diuisa et purgata granis in sole siccantur. aliqui 10 aquam salsam, cum coeperit undare calefacta, despumant et ei post iam frigidae pira seruanda demergunt. tunc exempta post tempus exiguum condunt urceo et eius lito ore conseruant uel nocte et die in frigida salsa manere patiuntur, post in aqua pura biduo macerant, deinde in sapa uel passo uel dulci uino mersa custodiunt.

VINVM PIRI ET ACETVM. Vinum de piris fit, 11 si contusa et sacco rarissimo condita ponderibus con-

1 ab hora sec. *Eacgs* | usque in *L* ‖ 3 impicato *L* ‖ 4 os *om. E* ‖ 5 inclitatur *L*, inlinatur *G* | atque breui scrobe *a*, atque [breui scrobe] *cgs* ‖ 7 et in cute *SE* | coeperunt *P*, ceperunt *F*, coeperint (ceperint) *ceteri* ‖ 8 bene coctum *om. p*, lene coctum *i* ‖ 9 gipsantur *T* | uas—demergitur *om. p*, tegitur *pro* demergitur *i* ‖ 10 tanguatur *E* ‖ 11 au *G* ‖ 12 cum radicibus suis *E* ‖ 13 gipso *T* ‖ 14 exerunt *Q* ‖ 16 aliqui—et die in *om. p* ‖ 17 salmam *PLQ* | calefactam. cum ceperit undare *G* | dispumant *omnes praeter VGs* ‖ 20 ore lito *Gcgs* ‖ 21 manare *PLQ* | permittuntur prius in aqua *p* | dura *pro* pura *G* | 22 bidui *PLQV*, biduum *SE*, biduo postea in dulci *p* ‖ 23 seruata *pro* mersa *E* | custodiuntur *p* ‖ 24 VINVM DE PIRIS *E* | ET ACOCTUM *G*, *om. E* ‖ 25 operibus *L*

primantur aut prelo. hieme durat, sed prima acescit aestate. acetum sic fit de piris. pira siluestria uel asperi generis matura in cumulo reseruantur per triduum. deinde mittuntur in uasculo, cui fontana aut pluuialis aqua miscetur, et opertum uas per triginta dies relinquitur ac subinde, quantum sublatum fuerit aceti ad usum, tantum redditur aquae ad reparationem.

12 LIQVAMEN EX PIRIS. Liquamen de piris castimoniale sic fiet. pira maturissima cum sale calcantur integra. ubi carnes eorum fuerint resolutae, uel in cupellis uel in uasculis fictilibus picatis condiuntur. post mensem tertium suspensae hae carnes liquorem dimittunt saporis iucundi sed coloris albiduli. contra hoc illud proderit, ut tempore, quo saliuntur, pro aliqua parte uina nigella permisceas.

13 DE MELO. Mense februario et martio mela seramus, si calida et sicca regio est, octobri et nouembri. eorum plura sunt genera, quae numerare superfluum est. amant pingue ac laetum solum et cui umorem non tam rigatio quam natura subpetit. et si in harena uel argilla sit, rigationibus adiuuetur. montanis locis debent ad meridiem uersa constitui. et frigido solo proueniunt, si caeli tepor adiuuerit, nec in asperis et umectis sedem recusant. macrum et aridum solum poma uermiculosa efficit et caduca.

1 agescit *PL*, algescit *V*, accessit *F* ‖ 2 ACETVM DE PIRIS *ins. E* | Acetum de piris sic fit *E* | pira—reseruantur *om. E* ‖ 4 mittantur *E* ‖ 5 misceatur *E* ‖ 6 fuerit ad usum acetum *E* ‖ 8 castimoniale *om. p* ‖ 10 integro *omnes praeter acgs*, *om. p* ‖ 11 vasis *p* | conduntur *E* ‖ 12 suspende *F* | ae *L*, he *F*, heae *T*, hee *E*, eae *iacgs* ‖ 13 iocundi *GE* | sed *om. p* | alliduli *E* | circa *ic* ‖ 14 hoc *om. p*, hec *hab. E* | quos *F* | salliuntur *S*, saluantur *E*, soluuntur vina *p*, aluntur *F* ‖ 15 uini mella *E* ‖ 16 DE MALIS SERENDIS. Mense *E*, De malis *c* | locis frigidis *post* martio *ins. s* | mela *PLQVTFGE*[1], mala *ceteri et sic saepius* ‖ 17 regioni octobri *i* ‖ 20 suppedit *PL*, suppeditet *FSTGEiacgs* | et *om. E* | in *om. E, incl. s* ‖ 22 mersa *E* | et *om. Gp* ‖ 24 nec humectis *E* ‖ 25 miculosa *L* | facit *p*

seruntur omni genere sicut piri: neque exarari neque 14
effodi desiderant. idcirco eis magis prata conueniunt.
stercus tantum non exigunt quidem, sed libenter ad-
sumunt, uel si cineris pulueres misceantur. amant
modestas rigationes. putatio illis apta est, sed maxime,
ut arida aut male nata tollantur. citius senescit haec 15
arbor et in senectute degenerat. si caduca sunt poma,
fissae radici lapis iniectus poma retinebit. lacertae
uiridis felle si tangantur cacumina, non putrescit.
uermes eius suillo stercore mixto humanae urinae aut
felle bubulo extinguuntur: qui si plures circa arborem
sunt, aereo scalpro semel rasi non ultra nascentur.
quae rasa sunt, bubulum stercus obducat. si spissa 16
poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quaeque
uitiosa, ut alimentum ceteris sucus aequiperet et
generosis abundantiam ministret, quam numerosa uili-
tate perdebat. melus omni genere inseri potest, quo 17
pirus. mense februario, martio et aliis, quibus pirus,
inseritur in melo, in piro, in spino, pruno, sorbo,
persico, platano, populo, salice. diligenter legenda sunt
mela, quae uolumus custodire. ea in locis obscuris,
ubi uentus non sit, stramentis prius in crate sub-
iectis in cumulos secreta disponimus: qui cumuli
frequenti diuisione separentur. aliqui diuersa dixe-
runt, uel singula in uasculis fictilibus picatis atque
oblitis claudi uel argilla inuolui uel solos pediculos
creta adlini uel in tabulis substrata palea disponi et

1 pira *E* || 2 prata magis *E* || 3 Stercus ouillum *V in margine*, *SEFac*, Stercus ouilum *i*, Stercus [ovillum] *g*, Stercus (ouillum tantum) *s*, tantum *om. Gp* || 6 ut *om. G*, aut *supra* *S*² | et male *E* || 8 radicis *E* || 9 caumina *Q* || 10 urinae *om. L* || 11 extinguntur *LGE* || 13 quae rara sunt *LQ*, si ea loca, unde rasi sunt *acgs* | si *om. E* || 14 sunt *om. G* || 15 aequiparet *Qiacgs*, equiparet *G* || 16 utilitati *i* || 17 Malus *GE* | generi *QSEGiacgs* || 18 et marcio *E* || 19 mala *E*² || 23 seiuncta *E*² *supra* || 25 uel singula *incl. gs* | uasis *E* | piccatisque oblitis *E* | atque *om. E* || 26 uel solos — contingas *om. p* || 27 lini *E* | intalibus *G*, in stabulis *E*

18 stramentis de superiori parte cooperiri. mela rotunda,
quae orbiculata dicuntur, sine cura toto anno seruare
se possunt. alii in puteo uel cisterna mergunt uasa
fictilia, quibus diligenter picatis et clausis mela com-
mittunt. alii ex arbore mela inlaesa sumpserunt et
pediculis eorum pice feruenti mersis supra tabulatum
per ordinem disposuerunt nucum foliis subter expo-
sitis. plerique scobem populi uel abietis inter mela
19 diffundunt. constat mela sic ponenda, ut pediculorum
partes deorsum facias neque, antequam usui neces-
saria uideantur esse, contingas. uinum et acetum fit
20 ex melis, sicut ex piris ante praecepi. cydoneis seren-
dis plerique tempora diuersa dixerunt: tamen mihi
usu conpertum est in Italia circa Vrbem mense fe-
bruario uel inchoante martio plantas cydoneorum radi-
catas in pastinato solo tenuisse adeo feliciter, ut saepe
sequentis anni fruge gauderent, si posita maioris status
fuissent. locis siccis et calidis extremo octobri uel
nouembri inchoante ponantur. amant cydonea locum
frigidum, umectum. si in tepido statuantur, opus est
21 illis rigatione succurri. ferunt tamen statum medio-
cris situs inter naturam frigoris et caloris et in planis
et in decliuibus proueniunt, magis tamen inclinata et
deuexa desiderant. serunt aliqui cacuminibus et talea,
sed tardus est in utroque prouentus. ita ponendae sunt
largae arbores cydonei, ne alteram quatiente uento
22 stillicidium tangat alterius. dum minor est uel poni-

1 superiore *acgs* | coperiri *G*, cohoperiri *E* | Mala *E* || 2 ouiculata *G* | curatione anno *G* | seruari *acgs* || 3 in cisterna *ias*, [in] cist. *cg* || 4 committuntur *iacgs* || 7 disponunt *iacgs* || 8 scrobem *E* | abiectis *LQ*, habietis *G* || 11 continguas *E* || 12 DE CIDONEIS *ins. E* | cidoneis *T*, cydoniis *edd.* || 14 visu *E* || 15 cidoneorum *SF*, cidoniorum *T*, cydoniorum *edd.* || 17 gauderet *E* || 19 cidonea *SEF*, cydonia *T*, cydonii *edd.* || 20 statuuntur *iacgs* || 21 irrigatione *E* | scatum *Q* || 22 situs—caloris *om. L* | 23 tamen magis *iac* || 25 tardius *E* || 26 large *GE* | cidonei *S*, cydonii *edd.* | altera *L* || 27 uel ponitur *om. p*, et ponitur *hab. E*, uel quando ponitur *iacgs*

tur, iuuetur stercore, maior uero cinere uel cretae
puluere semel toto anno radicibus misso. poma in his
et cito matura et maioris incrementi adsiduus umor
efficiet. riganda est, quotiens caelestis negatur in-
fusio, et circumfodienda locis calidis octobri mense
et nouembri, frigidis februario uel martio. nisi cir-
cumfodiatur adsidue, aut sterilis efficitur aut eius
poma degenerant. putanda est, sicut probaui, et a
uitiosis omnibus liberanda. si arbor aegra est, amurca 23
aquae aequaliter mixta radicibus debet adfundi aut
calx uiuus temperatus cum creta uel resina locularis
pici liquidae mixta trunco arboris adlini uel abla-
queatae arbori circa radices inparis numeri poma
cydonea pro magnitudine eius ponenda et obruenda
firmantur: quod annis singulis factum custodiet a
uitiis, sed arboris longae derogabit aetati. mense 24
februario cydonea inseruntur melius in trunco quam
in cortice. recipiunt in se surculos prope omnis gene-
ris punici, sorbi, omnium melorum, quae meliora pro-
ducunt. inserantur autem nouellae arbores, quibus
sucus in cortice est: si maior est, circa radicem melius
inseretur, ubi cortex et lignum beneficio soli ad-
haerentis umescit. legenda sunt matura cydonea, quae 25
hoc more seruantur, uel inter binas tegulas posita,

3 increnti *Q*, prouentus *p* ‖ 4 riganda sunt *PLQVGS*² (*in marg.*) *i*, rigentur *S*¹, rigentur ergo *E*, rigandae sunt *acgs* ‖ 5 circumfodiendae *acgs*, sunt *addit E* | mensibus *p* ‖ 6 frigidis uero *Eas*, fr. [vero] *cg* | Februario *om. i*, febroaria *hab. Q* | Nisi enim *Ea*, enim *incl. cgs* | circumfodiantur — steriles efficiuntur *acgs* ‖ 7 aut *om. acgs* | earum *acgs* ‖ 8 putandae sunt — liberandae *acgs* ‖ 10 aequaliter aqua *E* | fundi *V*, infundi *p* | adfundi — mixta *om. G* | uel *Q* | aut calx — mixta *om. p* ‖ 11 viva temperata *acgs* ‖ 12 arbori *F* ‖ 13 in pateris numeri *E* ‖ 14 cidonea *SF*, cidonia *T*, cydonia *edd.* | eius *om. E* ‖ 15 singulis *om. P* ‖ 16 derogauit *PLQV* ‖ 17 cydonia *edd.* | in *om. Lcgs* ‖ 18 cortice in se ipsa *s* ‖ 19 pumicis *G* ‖ 20 Inseruntur *Tiacgs* ‖ 21 est *post* cortice *om. F*, est in cortice *hab. Eiacgs* | est *post* maior *om. F* | corticem *pro* radicem *E* ‖ 23 cydonia *edd.*

si luto ex omni parte claudantur uel si defruto incoquantur aut passo. alii, quae maiora sunt, fici foliis inuoluta custodiunt. alii tantum locis siccis reponunt, a quibus uentus excluditur. alii canna uel ebore in
26 quattuor partes diuisa sublatis omnibus, quae in medio
sunt, in uase fictili melle obruunt. alii in melle sic integra demittunt, in quo genere condiendi satis matura deliguntur. alii milio obruunt uel paleis separata demergunt. alii plenis uino optimo uasculis mittunt uel uini et defruti ad seruanda cydonea aequum corpus efficiunt. alii doliis musti mergunt atque ita claudunt, quod odoratum reddit et uinum. alii in patina noua sicco gypso obruunt separata cydonea.

27 SILIQVA. Siliqua februario mense seritur et nouembri et semine et plantis. amat loca maritima, calida, sicca, campestria: tamen, ut ego expertus sum, in locis calidis fecundior fiet, si adiuuetur umore. potest et taleis poni. scrobem desiderat largiorem. inseri eam posse mense februario credunt aliqui in pruno uel amygdalo. siliquae seruantur diutissime, si expandantur in cratibus.

28 MORVS. Amica est morus et uitis. mora nascuntur ex semine, sed et poma et uirgulta degenerant. serenda est taleis uel cacuminibus, melius autem taleis sesquipedalibus ex utraque parte leuigatis ac fimo oblitis. cum locum palo ante fecerimus, inmergemus

1 si sunt matura: luto ex omni parte claudantur: uel defruto *i* | si *post* uel *om. Q* | defrito *PLQGS*[2] (*in marg.*), defricto *E* || 2 aut passo *om. p* | ficufoliis *PLQVF*, ficus foliis *G* || 3 tantum *om. E* || 4 canna uel ebore in *om. p* || 7 demittunt *Es*, dimittunt *ceteri* | quo *om. E* || 8 diliguntur *E* | milo *G* || 9 optimo *om. S*[1]*E* | immittunt *s* || 10 defriti *PQGF*, defricti *E* | cidonea *F*, cydonia *edd.* || 11 immergunt *s* || 12 clauduntur *LPQGSF* || 13 separat *L*, separato *Q* | cidonea *F*, cydonia *edd.* || 14 DE SILIQUA *G*, DE SILICA *E* | Siliqua — cratibus *om. p* | Silica *E* || 15 amant *E* || 18 desideret *V* || 19 etiam *pro* eam *EFacgs* || 20 amigdalo *S* || 22 DE MORO SERENDO *E* | Mori nasc. *acgs* || 24 et *pro* uel *E* || 26 immergemus *S*, inmergamus *E*, inmergimus (immergimus) *ceteri*

ac tegemus cinere terris admixto. non amplius quam
quattuor digitis operimus. seremus a medio februario
et toto martio, locis uero calidioribus octobri postremo
uel nouembris initio, sed uerno maxime die nono
calendarum aprilium. amant loca calida, sabulosa et 29
plerumque maritima. in tufo uel argilla uix conpre-
hendunt. umor adsiduus moris prodesse non creditur.
fossionibus laetatur et stercore. putria in his et arida
post triennium sunt putanda. plantam, si robustam,
transferes mense octobri et nouembri, si teneram,
februario et martio. scrobes desiderat altiores, inter-
ualla maiora, ne umbris prematur alterius. feracem 30
laetioremque mori arborem fieri aliqui tradiderunt, si
perforato hincinde trunco singulos cuneos inseramus
terebinthi, hincinde lentisci. circa octobres calendas
morus ablaqueanda est et radicibus eius uini ueteris
recentissimae feces infundendae. inseritur in fico et
in se tantum sub cortice. ulmo insita conprehendit,
sed parturit magnae infelicitatis augmenta.
AVELLANA. Auellanae ponendae sunt nucibus 31
suis. non amplius supra terram ducenda est quam
crassitudine digitum duorum. plantis tamen et subole

1 tegamus *E*, tegimus *acgs* | terrae *s* || 2 locis temperatis *post* seremus *ins. s* | a mense februario medio et marcio *E* || 4 nouembri *E* | nouo *G* || 5 kalendas apriles *is* | ac plerumque *E* || 6 tofo (topho) *STEGiacgs* || 7 moris *incl. cgs* || 8 leta *E* | patria *Q*, Putrida *V*, putrida *E* || 9 prius trienn. *p* | si *om. p* | robusta *VFE*, robusta [est] *cgs* || 10 transferas *E* | uel Nou. *igs* | si *om. Ep* | tenera *VFcgs* || 11 desideret *V*, desiderant *iags* || 12 ne altera *as*, ne [altera] *cg* | feracemque *Q* || 13 altioremque *iacg* | morem *L*, arborem mori *ias* || 14 hincinde *om. Sc* || 15 hincinde lentisci *om. p*, *incl. s* | Octobris (octobris) *PLTEacg* || 17 Inserito in fico *L*, Inseritur autem i. f. *ic*, autem *incl. cg* | persico *pro* fico *p*, ficu *E* || 19 armenta *E*, argumenta *s* || 20 ABELLANA *G*, DE AVELLANIS *E* | Abellanae *G* || 21 super terram *L*, supra terra *Eiacgs* | ducendae sunt *SE* || 22 grossitudine *E* | digitum *PLQ*, digitorum *ceteri* | tuorum *L* | subulae *PLQ*, sabule *G*, sobule *T*, sobole *ceteri*

expertus sum melius prouenire. mense februario seu planta seu semen exponitur. gaudent loco macro, umido, frigido, etiam sabuloso. mense iulio circa nonas auellana matura est.

32 MYXA. Nunc seruntur myxa ex nucleis in aliquo uase positis, donec plantae induant firmitatem, caelo tepido, terra soluta, umore moderato. inseruntur mense martio sorbis uel spinis.

DE POMIS ALIIS ALIORVM MENSIVM. Etiam
nunc tuberes seruntur et inseruntur et ossa duracino-
rum uel plantae eiusdem generis ponuntur et trans-
feruntur et inseri possunt. et mespilus inseritur et
33 ossa ponuntur prunorum. ficus etiam locis tempera-
tis nunc poni potest et sorbus hoc etiam mense seri
et amygdali semina in areis obrui et locis temperatis
nunc inseri mense inchoante, frigidis uero exeunte,
conditis tamen surculis, antequam germinent. et pista-
ciae planta uel nunc statui aut inseri potest et casta-
nearum semen aspargi. nuces quoque iuglandes etiam
nunc seminariis recondi et ipsum genus inseri et fri-
gidis et umectis locis nunc poterunt pineta seminari.

DE EDVCATIONE PORCORVM.

XXVI Nunc uerres maxime feminas inire debebunt. legendi sunt uasti et ampli corporis sed rotundi potius

2 macro *om. L* ‖ 3 et sabul. *EGacgs* ‖ 4 matura est: locis tam calidis *a*, locis tamen calidis *incl. cgs* ‖ 5 MYXSA *Q*, DE MYXA *E* | Nunc—spinis *om. p* | myxsa *Q* | nuculeis *L* | aliquam *Q* ‖ 8 sorbo *i* ‖ 9 DE TVBERIBVS *E* | ALIIS *om. iac* ‖ 11 si transf. *i* ‖ 12 inseretur *Giacgs* ‖ 13 ponentur *a*, *incl. cgs*, *om. GE* | temperandis *L* ‖ 14 possunt *p* ‖ 15 amigdala *GT*¹ | arei *L* ‖ 16 incohante *i* ‖ 17 generent *p* | pistaceae *i* ‖ 18 et ut cast. *E* ‖ 19 semen *om. PLQTG*, *in margine V*, semina *SEacgs* | aspergi *VG*, aspgi *PLQT*, spargi *Ecgs* | iugulande *E* | et *pro* etiam *i* ‖ 20 et ipsum genus inseri *om. p*, et ipsam inseri *i* | frig. uel *LSVFEG* ‖ 21 spinae *pro* pineta *E* ‖ 23 debent *E*

quam longi, uentre et clunibus magnis, rostro breui, ceruice glandulis spissa, libidinosi, anniculi, qui usque ad quadrimos inire feminas possunt. scrofas uero longi lateris debemus eligere et quibus ad sustinendum feturae onus magnus se uenter effundat, cetera uerribus similes, sed in regionibus frigidis densi et 2
nigri pili, in tepidis, qualescumque prouenerint. femina ad creandum usque in annos septem partus onera gestare sufficiet: ad concipiendum annicula debet incipere. quarto exempto mense pariunt, ubi quintus incipit. incipiunt autem, sicut dixi, mense februario, ut solidioribus herbis nati et stipula succedente pascantur. ubi facultas est transigendi, uenditis, qui subinde nati sunt, celerior matribus fetura reparatur. genus hoc omnibus locis haberi potest, melius tamen 3
agris palustribus quam siccis, praecipue ubi arborum fructuosarum silua subpetit, quae subinde maturis fructibus alterna per annum mutatione succurrat. maxime locis graminosis et cannarum uel iunci radice nutriuntur. sed deficientibus alimentis per hiemem nonnumquam praebenda sunt pabula glandis, castaneae uel frugum uilia excrementa ceterarum: uerno magis, cum lactent nouella uirentia, quae porcis solent nocere. neque gregatim claudendae sunt porcae more 4
aliarum pecudum, sed haras sub porticibus faciemus, quibus mater unaquaeque claudatur et alumnum gregem tutior ipsa defendat a frigore: quae harae a superiori parte detectae sint, ut libere numerum pastor exploret et oppressis a matre fetibus saepe subueniat

1 cruribus *i* ‖ 2 grandulis *P*, grandulas et *Q*, glandibus *F*, grandula et *i* ‖ 3 quadrimum *E* ‖ 4 etusque ad *E* ‖ 7 qualiscumque *L* | feminam *F* ‖ 8 ad creandum *incl. s* ‖ 10 quatuor *E* | exempte *G* | mense *om. E* ‖ 11 incipiet *omnes* ‖ 13 transsigendi *V*, transiendi *PLQ*, transeundi *Fi* ‖ 14 proueniet *pro* reparatur *p* ‖ 23 conlactent *L* ‖ 24 gregati *Q* ‖ 25 aras *PLQVSG*, areas *E* ‖ 27 ipsa *om. E* | arae *PLQVS*, a re *G* ‖ 29 a matre *om. G*

subtrahendo. curabit autem, ut fetus proprios cum unaquaque procludat. plus uero quam octo, sicut Colu-
5 mella dicit, nutrire non debet. mihi uero utilius probatur experto porcam, cui pabula subpetunt, ut plurimum sex nutrire debere, quia, licet plures possit educare, tamen frequentiore numero sucta deficiet. in porcis etiam illud est commodum, quod inmissi uineis necdum turgentibus uel exacta uindemia gramine persecuto diligentiam fossoris imitantur.

DE VINO MYRTITE ALITER.

XXVII In huius mensis initio aliter myrtite sic facies. mittes uini ueteris decem sextarios in lagena et bacarum myrtae libras quinque miscebis. cum uiginti et duorum dierum spatium confusa transegerint, per quos uas cotidie conuenit agitari, tunc palmea sporta colabis et praedictis decem sextariis mellis optimi fortiter triti pondo quinque miscebis.

DE VITE THERIACA.

XXVIII Theriacam uitem sic faciemus, cuius iste profectus est, ut uinum eius uel acetum uel uua uel sarmentorum cinis proficiat contra morsus omnium bestiarum. fit autem sic. sarmentum, quod pangendum est, trium digitorum spatio in ima parte findatur et

1 subtrahando *G* | in *pro* ut *E* | proprius *L* ‖ 2 unaquaeque *G* | producat *i* ‖ 4 porca *ia* | cui — subpetunt *om. p* ‖ 6 educere *G* | frequenter enumero *PLQTGp*, frequenti enumero V^1 ‖ 7 illud *om. i* ‖ 8 uinea *E* ‖ 9 imitatur *c* ‖ 10 DE VINO MIRTETO *E* ‖ 11 XXVII *om. p* | myrticae *L*, mirteti E^1, mirtetvm E^2, myrtitem *s* ‖ 12 mittis *PLQGSETi* | laguena *Q*, lagoena *G*, lagana *F*, laguenam *GV*, lagenam *Ss* ‖ 13 myrte *G*, mirte *F*, myrti *acgs* ‖ 14 confusa *om. G* ‖ 18 DE TIRIACA VITE *E*, thyriaca *i* ‖ 19 Tiriacam *E*, THyriacam *i*, Seriacam *p* | facies *acgs* ‖ 20 uel uua *om. E* ‖ 23 uua *pro* ima *Ei*

sublata medulla ad eius uicem theriacae medicamen addatur. tunc terrae mandetur uinculo diligenter astrictum. aliqui eadem sarmenta iam medicamine satiata 2
intra squillae bulbum recondunt et terris hac ratione conmittunt. aliqui antidoti eius adfusione radices uitis infundunt. sane sarmentum, si de hac uite sumatur ad transferendum, potentiam materni medicaminis non tenebit. oportebit autem theriacae infusione adsidua uim suci senescentis iterare.

DE VVA SINE SEMINIBVS.

Est pulchra species uuae, quae granis in- XXVIIII
terioribus caret. hinc efficitur, ut summa iucunditate sine inpedimento sorberi possit uelut unum omnium corpus uuarum. fit autem Graecis auctoribus hac ratione per artem succedente natura. sarmentum, quod obruendum est, quantum latebit in terra, tantum findere debebimus et medulla omni sublata ac diligenter exculpta membra iterum diuisae partis adunare et uinculo constricta deponere. uinculum tamen papyro 2
adserunt esse faciendum et sic in umida terra esse ponendum. diligentius quidam sarmentum reuinctum, quantum excisum est, intra squillae bulbum demergunt, cuius beneficio adserunt sata omnia conprehendere posse facilius. alii tempore, quo uites putant, 3
sarmentum frugiferum putatae uitis in ipsa uite, quam

1 uitem *QS*[1]*Ei* | tiriacae *E*, thyriacae *i* || 3 aliqui—infundunt *om. p* | mecamine *Q* || 4 uuluam *V* | acratione *L*, praedicta ratione *SEacgs* || 7 transferendam *E* || 8 tiriacae (thyriacae) *Ei* || 10 SINEM *Q*, SINE GRANIS *E*, sine granis *c* || 11 uuva *P*, uitae *G* | interribus *P*, Interris *L* || 12 charet *L* || suma *V* | iocunditate *E* || 13 sorbi *E* | uelut—uuarum *incl. cg* || 16 quantum *om. E* || 17 ut *pro* et *PLQVF* || 18 ex culpa *Q*, exculta *T* (p *supra*), exscalpta *iacg* | in herba *pro* membra *E* || 19 constricto *i* || 21 sarmentum quidam *E* || 22 uuluam dimergunt (i *in rasura*) *V* || 25 fructiferum *Liacgs*, frugerunt *E*

possunt de alto sublata medulla excauant non diuisum et calamo adfixo alligant, ne possit inuerti. tunc opon cyrenaicon, quod Graeci sic appellant, in excauata parte suffundunt ex aqua prius ad sapae pinguedinem resolutum et hoc transactis octonis diebus semper renouant, donec uitis germina nouella procedant. et in granatis malis fieri hoc posse firmatur a Graecis et in cerasis. opus est experiri.

DE VITE NIMIS LACRIMOSA.

XXX Vites quae lacrimarum nimietate tabescunt et deplorando uim roboris sui auertuntur a fructu, trunco earum lacerato Graeci sinum fieri iubent: si hoc minus proderit, radicum robur pingue rescindi, ut adferat medicinam uulnus inpressum. tunc insulsa amurca ad medietatem decocta et refrigerata plagae excisio perlinatur et sub hac acetum acre fundatur.

MYRTITIS ALIA CONFECTIO APVD GRAECOS.

XXXI Graeci item myrtite sic praecipiunt temperari. myrti bacas maturas in umbra siccatas et postea tusas, uncias octo mittes in linteo et suspendes in uino et uas cooperies ac oblines: et cum plurimis diebus sic fuerit, auferes et uteris. aliqui myrtae bacas sine

1 ponunt *V* | de alta *F* | sublatae *L* || 3 oponquirenaison *P*, opon quiremaicon *LSF*, copon quirenaicon *Q*, opon quirenaycon *E*, opium quirimaycon *T*, opon quireniacon *G*, opon—appellant *om. V* || 4 prius—resolutum *om. p* | saepe *G* || 5 octo *p* || 6 producat (uel procedant *supra*) *E* || 8 cerasiis *PLQGT*, cerariis *F* || 10 qui *LPQV* || 11 ui *SE* | avertunt *Facgs* || 12 facere *E* || 13 robor *P*, rubor *L* || 15 exscisio *PLQ*, exscissio *V* | perlinitur *E*, perlinetur *ceteri* || 16 hac *om. G* | accetum *P* | acre *om. F* || 17 MIRTETIS *E* | APVD GRAECOS *om. E* || 18 mirtetum *E*, myrtitem *s*, myrticae *L* || 19 et prius eas tonsas *p* | tunsas *E* || 20 mittis—suspendis *omnes* || 21 lines *SE*, linabis *PLQVF*, oblinabis *T*, linibis *ceteri* || 22 aliquid *L* | mirte *F*, mirti *SET*, myrti *iacgs*

pluuia collectas maturas ex locis siccioribus calcant uel exprimunt et uino miscent octo cotularum mensuram per amforam uini. quod uinum medicinae quoque proderit, ubi stypticis est utendum. stomachum solidare titubantem solet, reiectiones sanguinis inhibere, fluorem uentris astringere, limum dysintericae passionis medicabiliter asperare.

VT PROPOMATA SPONTE NASCANTVR.

Conditum uel absinthiatum uel rosatum uel XXXII
uiolacium procedere sponte fertur ex uitibus, ut natura suscipiat, quod procurare sueuit industria, si sarmenta in uas aliquod semiplenum supradictis potionibus mersa seruentur et uiuam terram simul resoluas ad lexiui modum, donec oculi sarmentorum nitantur exire: tunc eadem sarmenta gemmantia, in quo uolueris loco, uitium ceterarum more deponas.

VT VITIS BOTRYONES VARII NASCANTVR.

Vt uitis botryones et albos adferre possit XXXIII
et nigros, Graeci sic fieri debere iusserunt. si uicinae sint uites nigra et alba, cum putantur, sarmenta utriusque inter se diuisa sic iunge, ut medios utriusque generis oculos aequando reddere possis unitati: tunc papyro ligabis stricto et molli atque umida terra

1 et *pro* ex *cgs* ‖ 4 styppicis*L*, stipicis *Q* ‖ 5 solet *om. i et omnes codices praeter SE* ‖ 6 uentis adstringerent *P* | disintericae *SF*, dissenteriae *E*, dysentericae *gs* ‖ 7 aspirare fertur *i* ‖ 9 absentium *PLQF*, absintium *S*, absinthium *VEG*, absinticium *T*, abscynthium *i*, abscynthiatum *a* ‖ 10 uiolacium *Q*, uiolatium *PLVSTG*, violatum *ceteri* ‖ 11 suscipiet *V* | consueuit *Ep* ‖ 13 ut *pro* et *LSEGp* | reuoluas *E* | lexiuiii *E*, lixiuii *acgs* ‖ 15 gemmentia *V*[1] ‖ 16 ceterarum *om. p* | disponas *E*, deponet *p* ‖ 17 VITIS *om. GEi* | BOTRIONES *QV* ‖ 18 botriones *VS* ‖ 20 sunt *LEiacgs* | etaba *L*, nigrae et albae *V* ‖ 21 iunges *Eacgs* ‖ 22 aequado reddens. reddere possis *E*

curabis adlinere et interiectis ternis diebus adaquare, donec germen nouae frondis erumpat. hinc exempto tempore, si libuerit, genus efficies per plura sarmenta.

DE HORIS.

XXXIIII Hic mensis in horarum mensura cum nouembri mense concordat, quas hac numeri ratione colligimus.

Hora	I	pedes	XXVII,
hora	II	pedes	XVII,
hora	III	pedes	XIII,
hora	IIII	pedes	X,
hora	V	pedes	VIII,
hora	VI	pedes	VII,
hora	VII	pedes	VIII,
hora	VIII	pedes	X,
hora	VIIII	pedes	XIII,
hora	X	pedes	XVII,
hora	XI	pedes	XXVII.

1 allinere *V*[2], adlinire *QV*[1]*TFEGiacgs* ‖ 2 gramen *i*

LIBER QVARTVS
SIVE
MENSIS MARTIVS.

TITVLI.

I De putandis uineis et inserendis et pangendis uitibus.
II De pratis purgandis in locis frigidis et proscindendis agris.
III De panico et milio serendo cum disciplina.
IIII De cicere serendo cum ordine suo.
V De cannabo.
VI De cicera.
VII De nouellis puluerandis et fodiendis, uitibus palandis ac ligandis et ueteranis uineis restituendis et aegris et laesis.
VIII De oleis amurca saginandis et cetera earum cura, item de seminariis et rosariis faciendis uel colendis et sariendis frumentis.
VIIII De hortis: in eo de carduis cum disciplina, de ulpico, allio et cepulla, cunela, anetho, senapi,

1 LIBER — MARTIVS *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS MARTII *codices et iags*, TITVLI — horis *om. c* ‖ 5 pangendis uineis *G* ‖ 9 panitio *Sgs*, panicio *E* | cum ordine suo *E* ‖ 10 cinere *G* ‖ 13 De novellis vitibus pulv. et fod., pal. *gs* ‖ 14 ac ligandis *om. E* | restaurandis *E* ‖ 16 ocleis *E* ‖ 19 cum disciplina sua *E* | et aliis herbis (*pro* de ulpico — rafanis) *I* ‖ 20 et allio *E* | cunila *editiones praeter i* | aneto *codd. et i* | sinapi (synapi) *recentiores codices et editiones*

caulibus, maluis, armoracea, origano, lactuca, beta, porro, cappari, colocaseis, satureia, nasturtio, intybis, rafanis, de melonibus et cucumere cum disciplina sua, item de asparagis et sfongeis eorum, similiter de ruta et coriandro et cucurbita cum disciplina sua, similiter de blito, item de aneso et cymino.

X De pomis: in eo de melo punico cum disciplina et de uini sui confectione, de citreo, similiter de mespilo et de fico cum disciplinis suis et de aliis pomis, quorum disciplina suis mensibus continetur.

XI De conparandis bubus, tauris, uaccis.

XII De domandis bubus.

XIII De equis, equabus et pullis et aetate eorum.

XIIII De mulino genere et asinis.

XV De apibus.

XVI De horis.

1 rafani siluatici. armoracea *V* ‖ 2 colocaseis. casia. siringa *V*, colocassiis *E* | nasturcio *GE*, nasturcio. lactuca longa *V* ‖ 3 raphanis *a* | et melonibus *Egs* ‖ 4 et ceteris (*post* cucumere) *inserit T*, *qui hoc loco signum noui capitis habet i. e.* X ‖ 4 sua *om. Q* ‖ 5 similita *L* | et de ruta *E*, et ruta *ceteri* | coliandro *codd.* ‖ 6 cum disciplina et cucurbita *omnes* | et blito *omnes* ‖ 7 anese *PGV*, anesae *L*, anefe *Q*, aniso *ceteri praeter S* | cimino *Qia* ‖ 8 XI De pomis. in eo de malo punico et ceteris arboribus *T* | malo *Siacgs* | cum disciplina sua *E* ‖ 9 de *ante* citreo *omittunt omnes* | cytrei *V* ‖ 10 et *om. E* | ficu *ST* | cum disciplina sua *E* ‖ 11 pomis. cupatorium. VII. folia habet. ipericum. proficit sanguinem in ingentibus quorum *V* | aliis *pro* suis *E* ‖ 13 XII De comparandis bobus *ETi* | et uaccis *SE* | bobus et tauris ac uaccis *a* ‖ 14 XIII De domandis. *T* | bobus *Eia* ‖ 15 XIIII De equis. *T* | pullis aetate *LV* ‖ 16 muli *V*, gene *PLQG*, XV De mulini genere *T* ‖ 17 XVI De apibus *T* ‖ 18 XVII De horis *T* ‖ MENSIS MARTIVS *addunt codices et i*

DE PVTANDIS VINEIS ET INSERENDIS ET PANGENDIS VITIBVS.

Hoc mense locis frigidis putatio uinearum cele- I
brabitur, de qua abunde februario mense locuti sumus,
usque quo incipit gemma esse suspecta. nunc uineas
oportet inserere, cum uites non aquato sed spisso
umore lacrimabunt. seruabimus ergo, ut truncus, qui
inseritur, solidus sit et alimento umoris exuberet
neque ulla uetustate aut iniuria laceratus arescat.
tunc decisae uiti surculi qui inserendi sunt, sint solidi,
rotundi, gemmis spissis et pluribus oculati. tres tamen 2
oculi in insitione sufficient. radendum est ergo sar-
mentum ad mensuram digitorum duorum, ut ab una
parte sit cortex. aliqui non patiuntur nudam medul-
lam, sed leuiter radunt, ut incisura sensim possit in
acumen exire et corticata pars cortici nouae matris
aptetur. infimus oculus ita infigendus est, ut trunco
iunctus adhaereat: qui oculus exteriorem partem debet
aspicere, uinculo salicis infuso et paleato luto desuper
alligari, tegumento quoque aliquo a uentis et a sole
defendi, ne illi quatiant, hic adurat. ubi calor tem- 3
poris coeperit, ligaturae ipsi penicillo circa uesperam
tenuis debet frequenter umor adfundi, ut hoc alimento
contra uim caeli torrentis animetur. cum uero germen
ruperit et aliquod ceperit incrementum, calami adiu-

1 DE POTATIONE VINEARVM IN MENSE MARCIO *E* || 3 Martio mense *acgs* | celebratur *EGiacgs* || 5 incipitur *G* || 6 oportet uineas *ias* | sed *om. E* || 9 acrescat *V* || 10 uitis *E* || 11 plurimis *E* || 12 incisione *p* || 14 nudare *acgs* || 15 uel *pro* sed *L* | uites *pro* leuiter *p* | incacumen *Q* || 16 et ut *a*, et [ut] *cg* | excorticata *p* || 18 uinctus *G* | adhereat iunctus *E* | oculis *L* || 19 luto *om. p* || 20 tegimento *S* || 21 hii *E*, hi *ceteri* | color *G* || 22 enim *pro* ipsi *L* | penicello *G*, pinicillo *PQSE*, pinicello *T*, pinnicillo *LV²Fiacg* || 23 freter *G* || 24 caeli uim *E* | ergo *pro* uero *Qiacgs* || 25 eruperit *Gs*, ruperit germen *E* | calamo adiuuatorio *E*

torio debet adnecti, ne motus aliqui fragilem procedentis sarmenti quasset aetatem. ubi solidius quantumcumque processerit, uincula oportet abscidi, ne adolescentia mollissimi germinis nodo durae constrictionis angatur.

4 aliqui infra terram semipedis spatio effossae uiti surculos inserunt et beneficio congestionis adcumulant, ut hoc quoque nouis sarmentis praeter nutricis alimenta subueniat. nonnulli circa terras melius adserunt inserendum, quia in altiori difficilius conprehendunt. usque ad idus uel aequinoctium uites locis frigidis pangendae sunt seu pastino seu sulco seu scrobibus more, quo dictum est.

DE PRATIS PVRGANDIS IN LOCIS FRIGIDIS ET PROSCINDENDIS AGRIS.

II Nunc locis frigidis prata purganda atque seruanda sunt. locis gelidis colles pingues et agros uliginosos proscindere atque exarare conueniet. ueruacta etiam, quae ianuario mense sunt facta, repetere.

DE PANICO ET MILIO SERENDO CVM DISCIPLINA.

III Calidis et siccis regionibus panicum seremus et milium. leuem et solutam terram desiderant nec in

1 aliquis *EGiacgs* | procidentis *V* ‖ 2 sarmentis *F* | quas et *PL*, quassent *T* ‖ 3 absci (*ras.*) di *S*, abscindi *Eiacgs* ‖ 4 adoliscentia *P*, adulescentia *G* | altissimi mollissimi *L* | contritionis *G* ‖ 5 cingatur *E* | semis *PLQ*, semi *V* (spedis *in margine*) *T*, semispatio *G* ‖ 8 alimenta *om. E* | subuenit *G* ‖ 9 conprehendant *QVGF* ‖ 11 pastinato *i* ‖ 12 more *om. LF* ‖ 14 CETERA *pro* PROSC. AGR. *E* ‖ 15 purgata *Q* ‖ 17 proscindere uliginosos *i* | ueruacta—repetere *om. V*, ueri acta *SE*, beruacta *G*, beruacita *p* ‖ 18 sunt mense *SE*, mense *om. p* | repetere facta *E* ‖ 19 PANITIO *S*, PANICIO *E* ‖ 20 CVM DISCIPLINIS *S*, CVM ORDINE SVO *Qiac* ‖ 21 panitium *SE* | serenemus *Q*

sabulone solum sed in harena quoque proueniunt, dummodo caelo umido et solo serantur inriguo, quia siccum et argillosum agrum reformidant. herbis liberentur adsidue. quinque sextariis spatium iugeri conplebitur.

DE CICERE SERENDO CVM ORDINE SVO.

IIII Nunc cicer utrumque serere debemus loco laetissimo, caelo umido. macerandum est pridie, ut possit citius nasci. iugerum tribus modiis conseretur. cicer grande nasci Graeci dicunt, si infundatur aqua tepida pridie: amare etiam loca maritima: temperius prouenire, si seratur autumno.

DE CANNABO.

V Hoc etiam mense cannabum serimus usque in aequinoctium uernum hac ratione, qua in februario disputatum est.

DE CICERA.

VI Nunc cicera seritur, quae distat a cicercula solo colore, quo sordet, et nigrior est, primo sulco uel secundo solo laeto. iugerum quattuor uel tribus uel etiam duobus modiis inplebimus.

DE NOVELLIS PVLVERANDIS ET FODIENDIS, VITIBVS PALANDIS AC LIGANDIS.

VII Hoc mense nouella uinea incipiat pulueravi, quod nunc ac deinceps per omnes calendas usque ad octo-

1 sabulo *E* | arca *E* || 4 iugerale *V*²*SEF* | conplebuntur *L*, impletur *p* || 6 CICERO *G* SVO *om. E* || 7 lentissimo *E* || 11 pridriae *L* | locam oritima *Q*, loca tepida et maritima *E* || 14 seremus *G* | usque *om. E* || 18 cicerula *E* || 19 niger *L* || 20 iugera *E* || 22 ET—LIGANDIS *om. E* || 23 et veteranis vineis restituendis *addit c* || 25 octobris *L*

bres faciendum est non solum propter herbas, sed ne
tenera adhuc semina solidata terra constringat. gra-
minum radices, quae plurimum uitibus nocent, extir-
2 pandae sunt. nunc locis frigidis uinearum fossio cele-
branda est: et palandae ac ligandae sunt uites. sed
nouellam mollibus uinculis alligemus, quia eam tene-
ram uincula duriora praecidunt. palus maioribus uiti-
bus solidus, minoribus ponatur exilis. propter umbrae
molestiam statuatur ab aquilone et plaga frigida spatio
quattuor digitorum uel semipedis remotus a uite, ut
possit ex omni parte circumfodi.

3 VT VETVS VINEA REPARETVR. Vineas ueteres nunc aliqui a terra altius truncant studentes reparationi, sed uitiosum est. nam plerumque uastior plaga sole putrescit et roribus. quare hoc genere reparetur. prius ablaqueabitur altius, donec eius nodus adpareat. deinde infra terram supra nodum reciditur, ut operta de frigore et sole nihil timeat. hoc faciendum est, si optimi generis uitis est et alte posita: alioquin generosis melius erit inserenda sarmentis. omnia supra dicta locis calidis primo mense, frigidis uero post idus ipsius exequemur.

4 AEGRAS VITES REFOVERE. Aegras uites uel quibus fructus arescit, circumfodies et urinam ueterem suffundes. item cinerem sarmenti uel querci aceto mixtum subice, aut incisas circa terram laetamine refoueto: et quae germinant fortiora, dimitte.

1 ne *om. L* ‖ 4 approbanda *SE* ‖ 5 atque *iacgs* ‖ 6 uinculis mollibus *E* | etiam *E* ‖ 7 procidunt *PLTG*, proscindunt *S* | uitibus *om. PLQVGSp, addit in margine V* ‖ 9 et *om. SE* ‖ 11 ex *om. pi* ‖ 12 VIII UT *VG* | UINE RAPERETVR *P*, reparatur *i* | Vinea *L* ‖ 13 reparationis *Q* ‖ 15 paretur *p* ‖ 16 Prius enim *E* ‖ 17 recidetur *F*, recidatur *QV²icgs* ‖ 18 calore *pro* sole *E*, et sole *om. i* | nil *i* | est *om. LEGcgs* ‖ 19 sit *piacgs* ‖ 20 erit. Inserenda est *P* ‖ 23 VIIII AEGRAS *V* | UITAS *LQ*, UILES *PS*, DE EGRIS VITIB; REFOUENDIS *E* ‖ 25 suffundis *PLQGVSTFi*, infundes *p* | cinere *Q* | quernu *p*, querneum *s*

LAESAS BIDENTE CVRARE. Cum uitis bidente 5
laeditur aut ferro, plagam, si terrae iuncta est, adline stercore ouillo uel caprino: tunc terra mixta et circumfossa ligare curato. si in radice laesa est, operiens liquidum laetamen admisce.

DE OLEIS AMVRCA SAGINANDIS ET CETERA EARVM CVRA.

Nunc oleis laborantibus circum radices insulsa VIII
amurca fundetur. maximis arboribus, quod Columella dicit, sex congii, mediocribus quattuor, ceteris pro aestimatione sufficiunt. alii paleas fabae binos per maiorem arborem qualos, alii ueteris urinae humanae trunco, quantum satis uidetur, adfundunt et arbori mortarium statim faciunt maxime locis siccis trunco ante cooperto. oleam sterilem terebra gallica per- 2
forabis. tunc duos frugiferae arboris ab australi parte ramos eiusdem magnitudinis tolles et stricte in foramen utrumque conicies uel lapidem uel pini uel querci palos et absciso eo, quod superabit, luto paleato curabis occulere. sed si sine fruge luxuriant, oleastri palum radicibus eius infige. nunc etiam, quibus moris est, frumenta iterum sarire conueniet. nunc locis frigidis seminaria, quae februario dicta sunt, bacarum et seminum fiant et rosaria in mensis initio percolantur.

1 X LAESAS *V*, SAESALAS *Q*, *hunc titulum om. E* | Summi uitis *E* | bidendae *L* ‖ 2 laedetur *PLGVT*, ledetur *SF* | ferri *Q* | plaga *Q* ‖ 3 ouilino *E* | et *om. iacgs* ‖ 6 AMORGA *P* ‖ 8 insulsas *E* ‖ 9 amurga *P* ‖ 11 extimatione *i* ‖ 12 maiorem *om. p* | calos *E* ‖ 13 quantum *om. E* ‖ 15 ueterem *pro* sterilem *E* ‖ 17 tollis *omnes praeter G* ‖ 18 conities *LG* | uel lapidem—palos *incl. gs* | quercus *E* ‖ 19 abscisso *VGicgs* | lutu *Q* ‖ 20 sed *om. i, incl. s* | si *om. PLQ* | palum vel lapidem vel pini vel querci palos *s* ‖ 21 nunc—conuenit *om. p* | etiam *om. i* ‖ 22 satiare *G* ‖ 23 Februario mense *Gacgs* | bacarum seminum *SE* ‖ 24 fiunt *ia*

DE HORTIS.

VIIII Nunc horti optime sumunt initia cultionis. mense martio carduus seritur. terram stercoratam et solutam diligit, quamuis in pingui possit melius prouenire. et hoc illi contra talpas prodest, si pangatur in solido, ne terra ab inimicis animalibus facilius perforetur.
2 serendi sunt cardui luna crescente in area iam parata. semina spatio semipedis sint discreta. cauendum est, ne semina inuersa ponantur. nam debiles, incuruos et duros creabunt. non alte inprimenda sunt, sed tribus digitis conprehensa mergantur, donec ad primos articulos terra perueniat. tunc leuiter operiantur et herbis liberentur adsidue, donec plantaria solidentur
3 et rigentur, si aestus interuenit. si acumina seminum confringas, spinis carebunt. item si semina eorum madefeceris per triduum laurino oleo uel nardo uel opobalsamo uel suco rosae uel masticino et postea siccata depresseris, eiusdem saporis orientur, cuius unguentum semina conbiberunt. singulis sane annis a codice auferendae sunt plantae, ut nec matres fatigentur et suboles per alia spatia digeratur: cum aliqua tamen radicis parte uellendae sunt. quos reseruabis ad semina colligenda, liberatos omnibus pullis testa supertegere debebis aut cortice. nam solent semina
4 sole uel imbribus interire. contra talpas prodest cattos frequenter habere in mediis carduetis. mustelas habent

2 cultionis initia *iacgs* ‖ 3 tamquam *pro* terram *L* ‖ 4 non *pro* in *p* ‖ 5 prodesse *QSF* | solidiore terra *p* ‖ 7 i. a. imperata *G* ‖ 8 sint *om. omnes praeter Gs* | est *om. i* ‖ 9 nam *pro* ne *p* ‖ 14 cacumina *Fi* ‖ 15 constringas *E* ‖ 16 malefeceris *Q* | oleo nardino uel laurino et postea *p* | nardino *acgs* | nardo. opobalsamo *E* ‖ 17 mastichin *ogs* ‖ 18 cuius — conbiberunt *om. p* ‖ 19 ungentum *PV*, ingenitum *E* ‖ 20 cortice *V in rasura*, cottidie *pro* a codice *p* ‖ 21 sobolis *V*, soboles *E* | dirigantur *E* ‖ 22 radices *a* | quo *Q*, quas *s* ‖ 23 liberatus *L*, liberatas *s* ‖ 25 prodesse *LQ* | catos *ETicgs* ‖ 26 carduis *E* | multelas *L*

plerique mansuetas. aliqui foramina earum rubrica et
suco agrestis cucumeris inpleuerunt. nonnulli iuxta
cubilia talparum plures cauernas aperiunt, ut illae
territae fugiant solis admissu. plerique laqueos in
aditu earum setis pendentibus ponunt. hoc etiam 5
mense ulpicum bene et allium seremus et cepullas
et cunelam locis frigidis et anethum. nunc et senapi
et caules optime seruntur uel plantantur: et malua
seritur et armoracea et origani planta transfertur.
lactuca et beta et porrus et cappar seri possunt et
colocasea et satureia et nasturtium. intyba etiam et
rafanos nunc aliqui serunt, quibus utantur aestate.
nunc melones serendi rarius. distent inter se semina 6
pedibus duobus locis subactis uel pastinatis, maxime
harenis. semina eius mulso et lacte per triduum ma-
ceranda sunt et tunc iam siccata ponenda. hinc suaues
efficientur, odorati autem, si eorum semina multis
diebus inter rosae folia sicca mergantur. nunc et 7
cucumeres seminantur rare sulcis factis altitudine
sesquipedali, latitudine pedum trium. inter sulcos octo
pedum spatium crudum relinquis, ubi possint uagari.
herbis iuuantur, ideo sarculo et runcatione non in-
digent. semina si ouillo lacte et mulsa maceres, dul-
ces nascentur et candidi. longi et teneri fiunt, si

1 quidam *pro* plerique *i* | eorum *LVSEFG* ‖ 2 iusta *E* ‖ 4 admissum *p* ‖ 5 auditu *L*, aditus *E* | eorum *LVFEG* | sitis *E* ‖ 6 et bene *L* ‖ 7 cunilam *editiones*, cucumeres *E* | frigidis locis *E* | anetum *codices et i* | sinapi *S*, synapi *VF*, sinapes *i*, sinapis *Eacgs* ‖ 8 et *pro* uel *E* ‖ 9 et *ante* arm. *om. PLQGVSTF* ‖ 10 capar *S*, caparus *E*, capparis *editiones* ‖ 11 colocasia *edd.* | uel sat. *codices praeter G* | intuba *Q*, intiba *PLSTV* ‖ 12 rafanus *E*, raphanum *i*, raphanos *acgs* | serunt *om. E* ‖ 13 ita ut distent *E* | inter semina *G* ‖ 14 duobus pedibus *E* ‖ 15 eorum *s* | mulsa *SE* | macerentur *p* ‖ 16 iam *om. p* | sicca *SEp* | ponantur *p* ‖ 17 efficiuntur *L* | od. aut. fiunt *acs*, o. a. [fiunt] *g* | multis diebus *om. p* ‖ 18 siccata *G* ‖ 19 raro *G* ‖ 20 sexquipedali *E* | VII *pro* octo *i* ‖ 21 crudum *om. p* | relinques *cgs*, relinquas *a* ‖ 22 iubantur *E* ‖ 24 et *ante* teneri *om. p*, ac *hab. G* | fiunt *om. p*

aquam in patenti uasculo sub eis ponas duobus palmis
8 inferiorem, ad quam festinando tales efficientur. sine
semine nascentur, si prius eorum semina oleo sabino
perungantur et herba ea, quae culex dicitur, trita
confricentur. aliqui florem cucumeris cum uiticulae
suae capite cannae inserunt, cui prius omnes nodos
perforauerint: ibi cucumis nascitur in nimiam longi-
tudinem tensus. oleum sic metuit, ut, si iuxta posue-
ris, uelut hamus plicetur. quotiens tonat, uelut timore
9 conuertitur. si eius florem, sicut in uite sua est, in
forma fictili clauseris ac ligaris, qualem uultum forma
uel hominis uel animalis habuerit, talem cucumeris
figura praestabit. haec omnia Gargilius Martialis ad-
seruit. Columella dicit, loco aprico et stercoroso si
rubos habeamus aut ferulas, post autumni aequinoc-
tium his iuxta terram recisis et excauatis ligneo stilo
inter medullas laetamen inmittamus et cucumeris semen
addamus: hinc nasci fructus, qui possint et inter fri-
10 gora non necari. hoc mense asparagos seremus circa
apriles calendas pingui loco, umido, subacto ita, ut
minoribus fossulis ad lineam directis bina aut terna
grana semipedis spatio discreta ponantur. dehinc ster-
core solum tegatur et herbae subinde uellantur uel
per hiemem supra stramina iaciantur primo uere tol-
lenda. hinc post triennium nascentur asparagi. sed
expeditior ratio est, si asparagorum sfongeas ponas,

1 aqua *L* ‖ 2 ad quam festinando *om. p* | fiunt *p* ‖ 3 sabina *L*, sapino *p* ‖ 4 perunguantur *E* ‖ 5 confricetur *E* ‖ 6 et capita *E* | canine *G* | inseruntur *V* ‖ 7 perforauerunt *F* | ubi *EF* | nascetur *editiones* ‖ 8 iusta *E* ‖ 9 timore perterritus *as*, perterr. *incl. cg* ‖ 10 in sua uite *edd.*, in uite est sua *E* ‖ 11 ligaueris *EGiacgs* | forma *om. E* ‖ 12 cucumis *edd.* ‖ 13 figuram *Eiacgs* | marciales *G* ‖ 14 loco *om. p* ‖ 16 terram *om. G* | ligno *E* ‖ 18 possunt *i* ‖ 19 negari *PLQVSE*[1]*TFi* ‖ 20 loco *om. p* | subacto ita, ut *om. p* ‖ 21 in min. *p* ‖ 23 uel *om. F* ‖ 24 hieme *pro* per hiemem *G* ‖ 26 expeditio *P* | asparagorum *om. L* | fongeas *S*[2], fungeas *E*, frongeas *F*, spongeas *V*, spongias *edd.*

quae cito fructum ministrent. hae sic fiunt. semina 11
asparagi quanta tribus digitis conprehendere possis,
post idus februarias pingui et stercorato loco in sin-
gulis fossis pones et leuiter obrues. his coeuntibus
radix connexa nascetur, quae adpellatur sfongea. sed
et haec moras habet. nam per biennium in seminario
suo est stercore et adsidua runcatione nutrienda.
deinde post aequinoctium autumni transferetur et
uere asparagum dabit. has erit utilius conparare
quam longa expectatione nutrire. eas tamen in sulcis
disponemus, si loca sicca sunt, inter medios sulcos,
si umida, in summitate sulcorum. umor sfongeas
asparagorum transitu suo debet tantum rigare, non
sistere. asparagum, quem primo protulerint, con- 12
fringere debemus, non auellere, ne adhuc inualidam
moueamus sfongeam: ceteris annis auellendus est, ut
oculos ipsius germinationis aperiat, quia, si deinceps
refringas, loca, quae fecunda esse consuerunt, re-
manente asparagi radice claudentur. ministrabunt
autem uere: et autumno reseruabis eum, de quo
sumpturus es semina. postea scopas eius incendes,
tunc circa hiemem sfongeis adicies stercus et cinerem.
hoc mense ruta seritur locis apricis solius cineris 13
inspersione contenta. loca desiderat altiora, unde umor

1 cito *om. L* | hec *E* | si *QE* | fient *edd.* ‖ 2 poteris *p* 3 februarii *E*, februas *F* | solo *Eicgs* ‖ 4 locis *pro* fossis *E* ponis *PQSTVFa*, ponas *E* | obruis *a*, obruas *E* ‖ 5 radis *Q* fongea *S*[1], cungea *E*, spongias *edd.* ‖ 6 et *om. E* ‖ 7 truncatione *G* | nutrita *PLQVSETFGp* ‖ 8 denique *Qi* | transfertur *E* ‖ 9 haec serit *Q* ‖ 11 deponemus *E* ‖ 12 summitatione *L* | sfongeas *similiter ac supra* ‖ 13 suo transitu *E* | rigare *om. Q* | non etiam tangere uel sistere *p* ‖ 14 primum *E* | protulerit *G* ‖ 16 sfongeam *ut supra* | euellenda *E* | est *om. G* ‖ 17 suae *pro* ipsius *Eacgs* ‖ 18 restringas *E* | consueuerunt *EGiacgs* ‖ 19 clauduntur *i* | ministrabunt—vere: et *om. p*, *incl. g* ‖ 20 seruabis *G*, Reseruabis autem *E* ‖ de quo superius sumpt. *E* ‖ 21 copas *E* | eum *pro* eius *L* | incendis *PLQVSETi* ‖ 22 hiemen *Q* | spongeis *V*, sfongiis *T*, fongeis *E* (u *supra*). spongiis *edd.* 23 apris *PL* 24 inpressione contempta *E*

elabitur. si ponas semina eius adhuc clausa folli-
culis, singulatim manu debebis adfigere. si iam mi-
nuta sunt, sparsa iactabis et rastro obducta cooperies.
caules eius, qui inclusis seminibus nati fuerint, for-
tiores erunt, sed sero nascentur. ramuli eius cum
aliqua corticis parte conuulsi uerno tempore pro plan-
14 tis tenebunt: tota uero translata morietur. nonnulli
ramulos eius pertusae fabae inserunt uel bulbo atque
ita obruunt alieno uigore seruandos. prosequuntur
etiam maledictis et maxime in terra soluti lateris
ponunt, quod prodesse certissimum est. sed, ut ad-
serunt, melius furtiua proueniet. sub fici arboris
umbra libentius adquiescit. non effodi herba sed optat
auelli. inmundae mulieris formidat adtactum. ab hoc
mense usque in octobrem totum coriandrum seritur.
amat terram pinguem, sed et macro solo nascitur.
semen melius putatur, quod uetustius fuerit. delecta-
tur umore. satum bene cum olere quocumque nasce-
16 tur. hoc mense cucurbita serenda est. amat solum
pingue, umidum, stercoratum, solutum. hoc in cucur-
bitis insigne est, quod longas pariunt et exiles se-
mina, quae in earum ceruice nascuntur: quae in uentre
fuerant, cucurbitas faciunt crassiores, quae in fundo,
latas, si inuersis cacuminibus obruantur. ubi adoles-
cere coeperint, adminiculis adiuuentur. quae seruan-
tur ad semina, usque ad hiemem in sua uite depen-
deant, deinde sublatae in sole ponantur aut fumo.

1 eius *om. L* | fossiculis *p* ‖ 2 singillatim *QE* | adficere *PLQ*, afficere *EG* | munita *V* ‖ 3 sparge *E* | operies *SEp* ‖ 6 corticis *om. E* | uere *p* ‖ 7 erunt *pro* tenebunt *E* ‖ 8 ramulus *L*, ramos *G* | uel bulbo *om. i* | bullo *E* ‖ 10 maledictus *L* ‖ 11 prode esse *T* ‖ 12 fructiua *L* | proueniunt *Qi*, *om. E* ‖ 13 acquiescunt *p* | herbas *PGSEps*, herbam *i* | aptata uelli *PLV*, optato auelli *E*, optat *om. p* ‖ 14 inmundae—adtactum *om. p* ‖ 16 ama *Q* ‖ 18 humore satum. Bene *E*, Bene satum *G* | cum molere *Q* ‖ 20 pinguem *G* ‖ 21 et *om. Q* | Semina *E* ‖ 22 inuentae *E* ‖ 26 usque in *GF* | hiemen *QE* | in suauitate *QG*, *om. F* ‖ 27 in solo sublatae deponantur *E*

aliter semina putrefacta depereunt. hoc mense blitus 17
seritur solo qualicumque sed culto. olus hoc neque runcandum est neque sarculandum. cum semel natum fuerit, ipsum se per multa secula seminis sui deiectione reparabit, ut, etiamsi uelis, uix possit aboleri. nunc etiam serpillum seritur plantis et semine sed uetustate meliori. laetius frondebit, si iuxta piscinam uel lacum uel putei margines conseratur. anesum quoque et cyminum nunc bene seritur. locis laetioribus melius prouenit itemque ceteris, si umore iuuetur et stercore.

DE POMIS.

MALVM PVNICVM. Locis temperatis mense mar- X
tio uel aprili mala punica seremus, calidis uero et siccis nouembri. amat haec arbor solum cretosum, macilentum, sed in pingui etiam prouenit. regio illi est apta, quae calida est. seritur plantis de matrum radice deuulsis. sed quamuis multis generibus seratur, melius tamen ramus eius cubitalis incisus manubrii crassitudine et capite utroque acuta falce leuigatus scrobi uelut obliquus inmergitur. prius tamen porcino stercore et in capite et in parte, quae ima est, oblinatur uel in crudo solo malleo cogatur ad inferiora defigi. melius proueniet, si ponendus ramus 2
gemmante iam matre sumatur. sed qui in scrobe deponit, si tres lapillos in ipsa radice constituat,

2 quacumque *Q* ‖ 4 semper *V* ‖ 6 planti *Q* | uetustati *LQ*, melior *E*, uetustati meliori *G*, sed uetustate meliore *om. p* ‖ 7 iusta pascinam *E* ‖ 8 magnas *pro* margines *G* | Anisum *EFiacgs* | quoque *om. p* ‖ 9 ciminum *ia* | locisque *p* ‖ 10 ceteri *PLQ*, *om. F* | iubetur *PLQ* ‖ 11 DE POMIS MALI PVNICI *E*, DE Pomis & malo punico *iac* ‖ 15 macilentum *om. E* ‖ 17 diuulsis *codd.* ‖ 18 cubitularis *p* | manubri *PLQ* ‖ 20 uelud oblicus *E* ‖ 21 et in parte et in capite quae humi est *E* ‖ 22 obliniatur *E* ‖ 23 pondus *T* ‖ 24 gemmatae *P*, gemmate *LQ*, gemante *F*, gemmatre *pro* gemmante iam matre *T*, gemmata *iacg*, gemmante iam *om. p* ‖ 25 lapilli *E* ‖ constituantur *E*

prouiderit, ne poma findantur. curandum, ne uirgulta inuersa deponas. creduntur acida fieri, si rigentur adsidue: nam siccitas in his et suauitatem praestat et copiam. cuius tamen nimietati aliquid debet umoris
3 obponi. circumfodi autumno debet et uerno. si acida nascuntur, modicum laseris cum uino tritum per summa arboris cacumina oportet infundi uel ablaqueatis radicibus tedae clauus infigi. alii algam marinam obruunt ad radices, cui nonnulli stercus miscent asininum atque porcinum. si florem non continet, urinam ueterem cum pari mensura aquae temperabis et per annum in radicibus fundes. uni arbori amfora ingesta sufficiet. uel amurcam mittes insulsam uel algam radicibus iunges et bis rigabis in mense uel arboris florentis truncum plumbeo circulo debebis includere
4 uel corio anguis inuoluere. si crepant poma, lapidem in media arboris radice subponis uel squillam circa arborem seris. et si, dum pendent poma, tenacibus, sicut in arbore habentur, intorseris, in totum annum sine corruptione seruantur. si uermibus laborant, tangis radices felle bubulo et continuo moriuntur: aut clauo aeneo si uermes eosdem purges, difficile nascentur: uel asini urina stercori admixta porcino uermibus obuiabit. cinis cum lexiuo circa punici truncum frequenter infusus laeta et fructuosa reddet ar-
5 busta. adserit Martialis candida in his grana fieri, si argillae et cretae quartam partem gypsi misceas et toto triennio hoc genus terrae radicibus eius adiungas. idem dicit mirae magnitudinis fieri, si olla

1 prouideat *E* | fundantur *L* | uirgula *g* ‖ 6 nascantur *QEFiacgs* ‖ 7 et arboris *E* ‖ 8 clauos *E* ‖ 11 compari *Lcg* ‖ 12 infundes *iacgs* ‖ 13 amurgam *P* | mittis *PLQVGSET Fia* ‖ 15 florentibus *Q* | debes *E* ‖ 18 et si quibus pendent poma tenacibus *s* ‖ 20 seruabis *iacgs* ‖ 21 bubuli *E* ‖ 22 aut —arbusta *om. p* ‖ 23 mixta *E* ‖ 24 obuiauit *Q* | lixiuio *Eacgs* ‖ 25 reddit *Eiacgs* ‖ 26 Asseruit *E* ‖ 27 argilla *G* ‖ 29 poma fieri *s*

fictilis obruatur circa arborem punici et in ea ramus
cum flore claudatur, ne resiliat ligatus ad palum:
tunc cooperta olla contra aquae muniatur incursus.
autumno patefacta suae magnitudinis poma redhibebit.
multa in punico ipse adserit poma procedere, si tithy- 6
malli et portulacae sucus aequaliter mixtus, ante-
quam germinet, trunco arboris adlinatur. inseri posse
firmatur de ramorum connexione, ut medulla utrim-
que diuisa se iungat. in se tantum inseri potest
circa apriles calendas mense martio ultimo. sed secto
trunco surculus recentissimus statim debet inseri, ne
mora exiguum, qui est, siccet umorem. punica mala 7
seruantur, si picatis pediculis ordinata suspendas. aliter
lecta integra in aqua marina uel muria feruente mer-
gantur, ut conbibant. post triduum sole siccentur,
ut sub diuo nocte non maneant: post in loco frigido
suspendantur. cum uolueris uti, aqua dulci pridie
macerabis. feruntur haec pomis recentibus aemulari: 8
item, si a tactu inuicem separata paleis obruantur.
item fossa fit longa et cortex eiusdem latitudinis
paratur, cui mala acutis surculis suis adfiguntur. tunc
inuersus cortex supra fossam ponitur, ut mala sine
terrae tactu subterpendentia ab umore defendat. item
si induantur argilla et ea siccata loco frigido pen-
deant. item si seriola sub diuo obruatur, quae habeat 9
harenas usque ad medium et mala cum tenacibus

3 munitur *SE* ‖ 4 Autumpno uero *E* | habebit *E* ‖ 5 multa — adlinatur *om. p* | sytimalli *L*, titymalli, titimalli, titimali *ceteri codices* ‖ 6 equaliter succus *E* ‖ 7 adliniatur *E* ‖ 8 firmat *E*, affirmat *acgs* ‖ 9 iunguat *E* | posset *L* ‖ 10 aprilis *V* ‖ 12 inest *acgs* | exsiccet *p* | umore *PL*, humore *QV* ‖ 13 pacatis *E*, picatis — aliter *om. p* ‖ 14 iecta *E* | et in qua *L* | uel muria feruente *om. p* ‖ 16 dio *acgs* | nocte *om. p* ‖ 17 cum autem *E* | uti *om. L* ‖ 18 feruntur — operitur *om. p* | hae *G* ‖ 19 si *om. i* ‖ 20 eiusdem — cortex *om. L* | magnitudinis *iacgs* ‖ 21 cui ea mala *G* | suis *om. G* | adfinguntur *Q* ‖ 23 superpendentia *i* ‖ 24 argillae *PLQV* ‖ 25 dio, *ut supra, sic saepius* | oriatur *G*, obruantur *E*

lecta inprimantur cannis singulis uel sambuci uirgu-
lis et ita separata in harenis figantur, ut ipsa quat-
tuor digitis emineant ab harena. hoc et sub tecto in
scrobe fieri potest et utilius est ad seruandum, si
10 cum ramo longiore tollantur. aliter in seriola, cui
ad medium aqua mittatur, suspenduntur mala, ne
umorem tangant, et seria clauditur, ne uentus in-
rumpat. item in dolio intra hordeum sic ordinantur,
ne se inuicem tangant: dolium desuper operitur. uinum
de malis granatis conficies hoc modo. grana matura
purgata diligenter in palmea fiscella mittes, in coclea
exprimes et leniter coques usque ad medietatem. cum
refrixerit, picatis et gypsatis uasculis claudes. alii
sucum non excoquunt, sed singulis sextariis libras
mellis singulas miscent et in praedicta uasa custodiunt.
11 DE CITREO. Mense martio citri arbor multis
modis seritur, semine, ramo, talea, claua. amat ter-
ram rarioris naturae, caelum calidum umoremque con-
tinuum. si granis uelis serere, ita facies. terram in
duos pedes fodies, cinerem miscebis, breues areas
facies, ut utrimque per canales aqua discurrat. in
his areis palmarem scrobem manibus aperies et tria
grana deorsum uerso acumine iuncta constitues et
obruta cotidie rigabis. citius procedent, si beneficio

2 ut et ipsa *G* || 3 in scrobe bipedanea *Fias*, bipedanea *incl. cg* || 4 sinum *pro* si cum *PL*, cum *in rasura V*, est. si adseruandum sinum. ramo *G* || 5 Inseriolacu *P*, inseri olla *E* || 6 et susp. *Q* || 7 humore tangantur *E* | miseria *Q* | clauduntur *PSE* || 9 et dolium *QGias*, et *incl. cg*, Dolium uero desuper ponitur *E*, dolo desuper operto *T* || 11 palmeam fiscellam *G* | mittis *omnes praeter G* | et in *SEGs*, [et] in *acg* | cloclea *PL*, cochlea *edd.* || 12 exprimis *omnes praeter G* | leuiter *F*, lene *Gacgs* || 13 refrigerit *E* | gipsatis *T hic aliisque locis* || claudis *i et codices praeter G* | Aliqui *acgs* | alii—custodiunt *om. p* || 15 praedicto uase *Gi*, uascula ponunt et *E*, praedictis vasculis ponunt et *acgs* || 16 quatuor *pro* multis *Facgs* || 17 talea, claua *om. p* | claba *PQVEi* || 18 que *om. E* || 20 duobus *L* || 22 palmarem *om. p* || 23 guna *P*, genera *p*

aquae tepentis utaris. natis germinibus semper pro- 12
xima herba runcetur. potest hinc trima planta trans-
ferri. si ramum uelis ponere, non amplius sesqui-
pedem debebis inmergere, ne putrescat. claua seri
commodius est, quae sit manubrii crassitudine, longi-
tudine cubitali, ex utraque parte leuigata, nodis et
aculeis recisis, sed integra summitate gemmarum, per
quas spes futuri germinis intumescat. diligentiores et 13
fimo bubulo adlinunt utrimque, quod summum est,
uel marina alga uestiunt uel argilla subacta partis
utriusque extrema cooperiunt atque ita in pastinato
solo deponunt. talea et gracilior et breuior esse potest:
quae similiter ut claua mergetur. sed talea palmis
duobus supersit: claua omnis obruitur. in spatio non
desiderat interualla maiora. aliis arboribus non debet
adnecti. calidis locis, sed inriguis et maritimis maxime 14
gaudet, quibus umor exundat. sed si quis hoc genus,
ut in regione frigida nutriatur, extorquet, loco uel
parietibus munito uel in meridianam partem uerso
disponat hanc arborem. sed hibernis mensibus tectum
stramine uelet agresti: ubi aestas refulserit, aeri arbor
nuda et secura reddatur. talea siue claua eius cali- 15
dissimis regionibus et per autumnum ponitur: frigi-
dissimis iulio et augusto positas et cotidianis riga-
tionibus animatas ipse usque ad poma et magna
incrementa perduxi. citreum iuuari creditur, si cucur-
bitae uicinis locis serantur: quarum uites etiam con-
bustae utilem citri arboribus cinerem praebent. gaudent
adsidua fossione. hinc proueniunt poma maiora. nisi 16
quae arida sunt, rarissime debemus abscidere. inseri-

1 natis—transferri *om. p* ‖ 2 palma *E* ‖ 3 quam sexquipedem *E*, sequipedem *F*, sesquipede *acgs* ‖ 4 mergere *G* | seri potest commodius *Es* ‖ 5 fit *PGSFi* ‖ 6 leuiga *PLQV*[1] ‖ 7 rectis *E* ‖ 9 adliniunt *E* ‖ 10 nutriunt et uestunt *E* ‖ 13 glaba *E* ‖ 14 Glaba uero *E* ‖ 20 tectam *Gs* ‖ 21 uolet *E* | ubi autem *E* ‖ 22 glaba *E* ‖ 24 regionibus *E* ‖ 26 perduci *E* | circumiuuari *E* ‖ 27 quantum *E* ‖ 28 arbori *G* ‖ 30 abscindere *s*

tur mense aprili locis calidis, maio frigidis, non sub
cortice, sed fisso trunco circa ipsas radices. inseritur
et piro, ut quidam, et moro, sed insiti surculi qualo
desuper omnino muniendi sunt uel fictili uasculo.
adserit Martialis apud Assyrios pomis hanc arborem
non carere: quod ego in Sardinia territorio Neapoli-
tano in fundis meis conperi, quibus solum et caelum
tepidum est, umor exundans, per gradus quosdam
sibi semper poma succedere, cum maturis se acerba
substituant, acerborum uero aetatem florentia conse-
quantur, orbem quemdam continuae fecunditatis sibi
17 ministrante natura. feruntur acres medullas mutare
dulcibus, si per triduum mulsa aqua semina ponenda
macerentur uel ouillo lacte, quod praestat. aliqui
mense februario truncum obliquo foramine ab imo
terebrant, ita ut altera parte non exeat: ex hoc umorem
fluere permittunt, donec poma formentur: tunc foramen
luto replent: sic, quod est medium, fieri dulce con-
18 firmant. citreum et in arbore potest per totum annum
propemodum custodiri: melius, si uasculis quibuscum-
que claudatur. si uelis legere atque seruare, nocte
luna latente debebis cum ramis foliatis carpere et
secreta disponere. alii singula uasis singulis claudunt
uel gypso adlinunt et opaco loco ordinata custodiunt.
plerique in cedri scobe uel straminibus minutis uel
in paleis tecta seruant.

1 maiore *L* ‖ 2 fisco *L* ‖ 3 ut quidam volunt *s*, volunt *incl. cg* | et moro *om. G* | sed—uasculo *om. p* | circuli *F* | qualo—sunt *om. PLQV¹G* | quale *F* ‖ 4 omni modo *pro* omnino *V²SE* | uasculo clauduntur *G* ‖ 5 marciales *G* | adsyrios *LQV*, sirios *G* ‖ 6 sardia *E* | et in territorio *acs*, [et in] territorio *g* ‖ 8 et humor *Es*, et *incl. cg* | exundans est *p* ‖ per grandos *PLVF* ‖ 9 poma semper *E* ‖ 10 constituant *L* ‖ 11 contentiuae *E* ‖ 12 Fertur *L* | maturae *E*, maturas *F* ‖ 13 aqua mulsa *acgs*, aqua *om. i* ‖ 18 si *pro* sic *Li* ‖ 19 per totum annum *om. p* | toto anno seruari. Melius quam si *p* ‖ 24 uel gypso adlinunt *om. p* | adliniunt *QE* | ordinato *F* ‖ 25 plerique—uel *om. p* | cedris *G* | scrobe *E* | [in] stram. *cg*, in stram. *as* ‖ 26 seruarunt *p et codices praeter E*

MESPILVM. Mespila locis calidis maxime gaudent, 19 sed inriguis: tamen frigidis quoque proueniunt: magis sabulone pingui aut glareosa terra, cui arena permixta est, uel argilla cum saxis. serenda est taleis mense martio uel nouembri, sed solo stercorato et subacto, ita ut utrumque caput taleae stercus obducat. sunt eius incrementa tardissima. amat putari atque circumfodi et parco umore inter siccitates saepe refoueri. seritur et semine, sed in longiorem speratur aetatem. si uermibus occupatur, stilo aereo purgandi 20 sunt et amurca uel humana uetere urina uel uiua calce perfundendi, sed parcius propter arboris noxam, uel aqua decocti lupini: sed putatur hinc arbor sterilis fieri. fimus et cinis uitium simul, si radicibus infundantur, fertilem reddunt. si formicae molestae sunt, 21 rubrica cum aceto et cinere temperata necabuntur. si poma labuntur, frustum de eius radice praecisum in media trunci parte figatur. inseritur mense februario in se et in piro et in melo. surculus tamen eius ex arbore media debet adsumi: nam de summitatibus uitiosus est. in trunco fisso inserenda est: nam corticis macies ieiuna nil nutriet. mespila ad seruandum 22 leguntur necdum mitia, quae et in arbore diu durabunt uel in urceolis picatis uel in ordinem suspensa uel, ut quidam, posca condita. die serena legantur ac media et paleis obruantur discreta, ne ea uicissim tactus adficiat. uel cum pediculis lecta semimatura et salsa aqua per dies quinque macerata postea sapae

1 DEMS PILVM *L*, DE MESPILO *E* | Mespili *Es* || 2 sed irriguis tamen. frigidis *s* || 3 atque *pro* aut *icgs* | glarea *E* || 4 taleis *om. p* || 6 ut *om. V* | tale *G* || 7 potari *P* || 8 inter radices *V* || 9 separatur E^1 || 10 aeneo *S*. eneo *E* || 13 aliqua *P* | si *pro* sed *acg* || 17 fructum E^1, tet E^2 *supra* || 18 figimus *p* || 19 in malo E^2*acgs* || 20 debet *om. G* || 21 uitiosum *E* || 22 nihil *G* || 25 pusca *QGTi*, postea *E* | uel sapa *post* posca *addit a*, [vel sapa] *cgs* | serenda *E* | ligantur *L* || 26 uicissim —lecta *om. E* || 28 sapae *PS*, sape *QGE*, sapa *T*, saepe *ceteri*

infundantur, ut enatent. seruantur et melle, sed si
nimis matura collegeris.
23 DE FICV. Calidis locis fici planta radicata no-
uembri mense, temperatis februario, frigidis melius
martio uel aprili ponenda est: si taleam uel cacumen
ponas, ultimo aprili, cum ei se uiridior sucus infuderit.
plantae in scrobe depositae lapides substituendi sunt,
ad radicem fimo terra miscenda est. si loca frigida
sunt, plantarum cacumina diuisis cannae internodiis
24 defendantur a frigore. si cacumen uelis ponere, tri-
sulcum ramum bimum uel trimum ab australi parte
decides et sic obrues, ut diuisa cacumina terra inter-
iacente uelut tres surculos reddant. taleam sic pone-
mus, ut cetera, cui leuiter ab infima parte diuisae
lapidem mergemus in fisso. ego mense februario
ultimo uel martio in Italia plantas grandes ficorum
per pastinatum solum disposui et eo anno poma pe-
pererunt supra conprehendendi felicitatem uelut tributa
25 reddentes. legendae sunt plantae, in quibus frequens
nodus extuberat. steriles creduntur, quae nitidae sunt
et oculos suos per longa internodia distulerunt. si
plantam fici prius nutrias in seminario et maturam
transferas in scrobem, poma generosiora producet.
aliqui multum prodesse confirmant, si plantam fici
diuiso squillae bulbo intersitam strictamque uinculis
conlocemus. scrobes amat altas, interualla maiora,
terrae genus durum et gracile et siccum pro utili
26 sapore pomorum. prouenit et petrosis atque asperis:
tamen potest locis prope omnibus seri. quae in mon-

1 innatent *s* ‖ 2 minus *iacg* ‖ 3 ficus *E* ‖ 4 februarii *E* | frigido medio marcio *F*, melius *om. p* ‖ 5 talea *E* ‖ 6 ultimi *L* ‖ 7 scrobem *G* ‖ 10 trifurcum *s* ‖ 11 binum uel trinum *E* ‖ 12 decidas *iacg* ‖ 13 sulcos *E* ‖ 14 ut et caetera *V* | fima *p* ‖ 17 peperere *Giacgs* ‖ 18 comprehendi *E* | tributum *E* ‖ 20 exuberat *EGs* ‖ 21 longua *E* ‖ 22 plantatam *L* | ficus *E* | prius *om. p* ‖ 23 generosa *E* ‖ 24 aliqui—procedit (*sect. 30*) *om. p* | ficus *E* ‖ 25 bolbo *V*, bullo *E* ‖ 28 proueniet *E* ‖ 29 locis potest *E* | fieri *E*

tanis et frigidis locis nascuntur, quia minus lactis habent, ad siccitatem durare non possunt. usus illis in uiridi est, melioris magnitudinis et saporis arguti. quae nascuntur in campis et locis calidis, et pinguiores sunt et in siccitate durabiles. si genera nume- 27
rare uelimus, inmensum est: sufficit, quod omnibus aequa cultura est. illa distantia est, quod in caricis melius alba seruatur. in locis nimie frigidis praecoquas ficos seramus, quae cito ueniant, ut ante imbres genus hoc possit occurrere, calidis uero et aestuosis eam, quae sera maturat. gaudet adsidua fossione. per autumnum proderit, si stercus admoueas, praecipue de auiariis. recidenda sunt in ea, quae aut putria aut male nata repereris: et ea ratione putanda est, ut inclinata per latera possit expandi. in locis umectis 28
ficus saporis obtusi est, cui circumcisis contra hoc radicibus aliquantus cinis debet adfundi. aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt, ut non sit necesse per singulas arbores pro remedio eadem poma suspendi. mense iunio circa solstitium caprificandae sunt arbores fici, id est, suspendendi grossi ex caprifico, lino uelut serta pertusi. si hoc desit, abrotoni uirga suspenditur: aut callum, quod in ulmeis foliis inuenitur, aut arietina cornua circa radices arboris obruuntur: uel truncus arboris, quo loco turget, scarificandus est, ut possit umor effluere. ne uermes patiatur, ramum tere- 29

1 locis *om.* *E* | nimis E^2 *supra* || 2 ad *om.* *i* | illius *E* || 4 et in locis calidis *L* | et *ante* pinguiores *om.* *V* || 8 seruantur *SE* | nimium *V* || 9 ficus *Giacgs* || 10 uero *om.* *Q* || 11 ea *VE*, eas *acgs* | sero *VTiacgs*, cito *E* | maturant *Eiacgs* | gaudent *E* || 13 in *om.* *VG* | putrida *VE* || 14 repperis *PLQT*, re peris *S*, reperis *E*, repperies *VG* || 15 incidi *G* | humetis *S* || 16 est obtusi *E*, optunsi est *S* || 17 radicibus contra hoc *E* | onus *Q* || 18 caprici *G* || 21 suspendii *E* | et *pro* ex *V*, et ex *S* || 22 serra *c* | aprotani *PLQSF*, aprotanita *E*, abrotani *ceteri* || 23 aut—obruuntur *om.* *G* || 24 in arietina *L* | obruuntur—arboris *om.* *E* || 25 truncos *L* | scarifandus *L*, cacrificandus *E* || 26 humore *E*

binthi uel lentisci taleam cum plantis fici cacumine
ponemus inuerso. uncinis aereis tollendi sunt uermes
ex fico. alii amurcam, alii ueterem urinam ablaqueatis
radicibus miscent. alii bitumen et oleum aut solam
calcem uiuam latebris uermium linunt. si formicae
molestae sunt, rubrica butyro et pice liquida mixta
circa truncum debet induci. alii coracinum piscem
contra formicas in arbore suspendendum esse con-
30 firmant. si fructus suos uelut aegra proiciat, alii
rubrica aut amurca insulsa mixta aqua arborem linunt
uel cancrum fluuialem cum ramo rutae suspendunt
uel algam marinam uel fascem lupinorum uel radici
terebratae cuneum figunt uel securi arboris corium
saepe proscindunt. cum folia producere incipiunt fici,
ut multum fructum et pinguem ferant, in principio
germinis cacumina summa decutimus uel hoc tantum
31 cacumen, quod ex arboris medietate procedit. si ma-
turam ficum uis serotinam facere, incipientes grossos
decute, cum illis fabae fuerit magnitudo. ut ficus
cito maturet, suco cepae longioris cum oleo et pipere
mixto unge poma, quando grossi incipiunt subrubere.
aprili mense ficum debemus inserere inter corticem
uel, si nouellae arbores sunt, fisso ligno, quod statim
32 operiendum est et ligandum, ne uentus introeat. melius
conprehendunt, si circa terram recisa inserantur ar-
busta. aliqui et iunio mense inserunt. surculus legen-
dus est anniculus: inutilis enim creditur maioris uel
minoris aetatis. inoculari ficus locis siccis aprili, melius

1 cacumina *PLQV* ‖ 2 aeris *L* | uermes *om. G* ‖ 3 ex ficu *SE* | allaqueatis *G* ‖ 4 uitimen *PLQGT* | soleem *E* ‖ 5 liniunt *SEicg*, allinunt *s* ‖ 6 sunt *om. E* | butiro *S* ‖ 7 includi *i* | coracium *E* ‖ 9 proiciet *omnes praeter E* ‖ 10 aut rubrica *L* | liniunt *SEiacg* ‖ 12 falcem *E* ‖ 14 sapae *G* | procedere *E*, incipiunt producere *acg* ‖ 15 fructum multum *Giacgs* ‖ 16 tantum hoc *E* | illud *pro* hoc *acgs* ‖ 18 serotinam *om. E* ‖ 19 fuerit *om. E* ‖ 20 coepe *V* ‖ 21 subruere *E* ‖ 23 statim *om. p* ‖ 24 aperiendum *L* | et ligandum *om. p* ‖ 27 autem *pro* enim *E* | creditur *om. E* ‖ 28 humidis melius V^2*Fiacgs*

iulio mediante poterit, octobri mense locis tepidis. propagari ficus ramis potest. inseritur autem in caprifico, in moro, in platano et oculis et surculis. ficus 33 uirides seruari possunt uel in melle ordinatae, ne se inuicem tangant, uel singulae intra uiridem cucurbitam clausae locis unicuique cauatis et item tessera, quae secatur, inclusis suspensa ea cucurbita, ubi non sit ignis aut fumus. alii missas ficus recentes minus maturas in nouo uase fictili lectas cum pediculis et a se separatas recludunt et in dolio uini pleno uas natare permittunt. Martialis dicit caricas per genera 34 multa seruari, cum ratio una sufficiat. ergo hoc genere, quo Campania tota custodit, seruare debemus. in cratibus ficus expanditur usque ad meridiem et adhuc mollis in qualum refunditur. tunc calefacto furno ad panis coquendi modum subpositis tribus lapidibus, ne ardeat qualus, includitur et, clauso furno ubi discocta ficus fuerit, sicut est calida, interpositis foliis suis in uas fictile conditur bene picatum densius pressa et operculo diligenter obducitur. si pluuiis abundanti- 35 bus crates non possis expandere, sub tecto eas ita ponis, ut semipede erigantur a terra et eas ad uicem solis cinis subiectus uaporet et subinde ficus, sicut est diuisa, uertatur, ut ficorum coria siccentur et pulpae: tunc duplicata in cistellis seruetur aut loculis. alii maturas mediocriter ficus et diuisas in cratibus

1 Iunio *acgs* || 2 utilius *pro* ramis *F* || 4 se *om. Q* || 5 contingant *p* | cucurbitem *P* || 6 cauabatis *PLQ* | tessara *E* 7 seccatis *E*, sequatur *i* | suspensae. acucurbita *PQSE*, suspensus acucurbita *L* | ea *om. i* || 8 uel *acgs*, fumus uel ignis *i* | ficos *PLQV* || 9 fasse *pro* uase *L* | lectas *om. E* || 10 separatis *E* | 11 Martiales *G* | scarias *E* || 15 forno *PGF* || 17 qualis *Q* | forno *PG* || 18 ficus *om. E* | interposita *G* in uase fictili custoditur *E* || 20 si pluuiis — coniungat *om. p* | pluuis *P*, puluis *E* || 21 possit *E* || 22 reponis *E* | erigatur *PLQVSTF* || 23 cinis calidus *as*, cinis [calidus] *cg* | subiectos *L* | ficus *om. E* | sicut uersum est diuisa uertatur *E* 25 duplicatae *acgs* | seruantur *T*, seruentur *acgs* || 26 ficus *om. L*

expandunt toto sole siccandas et recipiunt nocte sub tecta. nunc ficulnea cacumina obruuntur utiliter, cum tumescunt, ut plantas faciant, si earum copia non
36 abundat. ut etiam uarios fructus una ficus exhibeat, ramos duos nigrae et albae arborum ita inter se uinculo stringis ac torques, ut germina miscere cogantur. sic obruti et stercorati et umoribus iuti, ubi prodire coeperint, germinantes oculos aliqua sibi adnexione conglutina. tunc germen adunatum parturiet duos colores, quos unitate diuidat, diuisione coniungat.
37 DE POMIS ALIORVM MENSIVM. Nunc et pirus uel malus inseri ac seri potest et cydonea et prunus inseritur et sorba ponuntur et morus nono calendarum aprilium die et inseruntur pistacia et locis frigidis pini semen aspargitur.

DE CONPARANDIS BVBVS, TAVRIS, VACCIS.

XI Hoc mense conparandi sunt boues, qui tamen, siue de nostris capiantur armentis siue emantur, idcirco nunc parabuntur utilius, quia necdum sagina temporis pleni aut celare possunt fallaciam uenditoris et uitia sua aut ad repugnandum domiturae contumacem pleni
2 roboris exercere fiduciam. haec tamen signa spectanda sunt in bubus, seu de nostro seu de alieno grege fuerint conparandi, ut sint boues nouelli, quadratis

1 et *om. codices praeter Q* | praecipiunt *E*, recipiunt [eas] *cg*, recipiunt eas *as* ‖ 2 Tunc *E* | ficulneae *Q* | contumescunt *LF* | 3 sic *pro* si *L* ‖ 5 arboris *E*, ambarum *G* | ita *om. S*, ita inter se *om. E*, inter se ita *hab. iacgs* ‖ 7 adiuti *V* ‖ 8 oculo *PLQV* | inter se *a* | adnextione *S*, adnectione *E* ‖ 9 conglutinata *G* ‖ 11 MENSUUM *PLQVG* | Nunc uel malus inseri potest ac seri *E* ‖ 12 cidonea *VT*, cydonia *edd.* ‖ 13 kalendas apriles *i*, Calendas Apriles *s* ‖ 14 die *om. p* | pisatia *E* | 15 adspargitur *L*, aspergitur *SEFGacgs* ‖ 16 BOBVS *E*, De bobus, tauris, et uaccis *iac* ‖ 19 comparabuntur *acgs* ‖ 21 ad *om. PV*[1]*Gacgs* | repugnandam *E*, repugnando *Gacgs* ‖ 22 expectanda *Q* ‖ 23 bobus *Eiacgs*

et grandibus membris et solidi corporis, musculis ac
toris ubique surgentibus, magnis auribus, latae frontis
et crispae, labris oculisque nigrantibus, cornibus ro-
bustis ac sine curuaturae prauitate lunatis, patulis
naribus et resimis, ceruice torosa atque conpacta,
palearibus largis et circa genua fluentibus, pectore
grandi, armis uastis, uentre non paruo, porrectis la-
teribus, latis lumbis, dorso recto et plano, cruribus
solidis, neruosis et breuibus, ungulis magnis, caudis
longis ac setosis, pilo totius corporis denso ac breui,
rubei maxime coloris aut fusci. melius autem boues 3
de uicinis locis parabimus, qui nulla soli aut aeris
uarietate temptentur. aut si hoc deest, de locis simi-
libus ad similia transferamus. illud ante uniuersa
curandum est, ut uiribus ad trahendum conparentur
aequales, ne ualentioris robur alteri procuret exitium.
in moribus haec consideranda sunt. sint arguti, man-
sueti, timentes hortamen clamoris ac uerberis, cibi
adpetentes. sed si regionis ratio patitur, nullus melior
cibus est quam uiride pabulum. ubi uero deest, eo
ordine ministretur, quo pabuli copia et laborum coget
accessio. nunc tauros quoque, quibus cordi est armenta 4
construere, conparabit aut his signis a tenera aetate
summittet, ut sint alti atque ingentibus membris,
aetatis mediae et magis, quae iuuentute minor est,
quam quae declinat in senium, torua facie, paruis
cornibus, torosa uastaque ceruice, uentri substricto.
uaccas etiam nunc maxime parabimus: sed eligemus 5

1 masculis *G* | auctoris *LE*[1], acthoris *G*, *incl. s*, *om. p* || 2 lata fronte et crispa *p* || 3 scrispae *E*[1], scrispis *E*[2] | cornicibus *G* || 4 lunati spatulis *PLV* | patulis auribus et simis *p* || 5 resupinis *E* || 7 porrectus *G* || 11 robei *PL* | tamen *pro* autem *E* || 12 parauimus *PLV*, comparabimus *Gacgs* | solis *E* || 13 si hode est *Q* | alocis *G* || 14 transferemus *G* || 16 ualentiores *P*, ualentioribus *LG* || 18 et uerberis *L* || 23 comparabunt *E* | et his *E* || 24 submittunt *E* || 25 aetati *E* | et *incl. cg* | in iuuentute *E* || 26 declinet *iacg* || 28 comparabimus *E*

forma altissima, corporis longi, uteri capacis et magni,
alta fronte, oculis nigris et grandibus, pulchris corni-
bus et praecipue nigris, aure setosa, paleαribus et
caudis maximis, ungulis breuibus et cruribus nigris
et paruis, aetatis maxime trimae, quia usque ad de-
cennium fetura ex his procedet utilior. nec ante aeta-
6 tem trimam tauros his oportet admitti. sed erit stu-
dium diligentis amotis senioribus nouellas subinde
conducere et steriles aratro ac laboribus deputare.
Graeci adserunt, si mares creare uelis, sinistrum tauri
in coitu ligandum esse testiculum, si feminas, dextrum:
tamen tauros diu ante abstinendos, ut, cum tempus
7 est, acrius in causas dilati feruoris incumbant. sed
his armentis hieme maritima et aprica loca, aestate
opaca paremus ac frigida, montana maxime, quia
melius ·frutectis et his herba internascente saturentur.
quamuis circa fluuios recte propter loca amoena pascan-
tur, fetura tamen aquis tepidioribus adiuuatur, unde
magis utilius habentur, ubi pluuialis aqua tepentes
8 format lacunas. tolerat tamen frigus hoc armenti
genus et potest facile hibernare sub diuo: quibus
tamen septa fieri propter iniuriam grauidarum con-
uenit laxiora. stabula uero utilia sunt strata saxo aut
glareis aut harenis, deuexa aliquatenus, ut umor pos-
sit elabi, parti meridianae obuersa propter flatus gla-
ciales, quibus aliquis resistere debet obiectus.

1 uim *pro* uteri *E* | longi *pro* magni *p* ‖ 2 lata *s* ‖ 4 nigris et *om.* *i* ‖ 5 decimum *i* ‖ 6 fetura *om.* *E* | procedit *LVGS* (i *in rasura*) *F* ‖ 7 trinam *Q* | debet *p* ‖ 8 uetulis amotis *p*, abmotis *i* ‖ 9 et *pro* ac *E* ‖ 11 in cornu *E* ‖ 12 taumen *Q*, Tum *E* ‖ 14 estate uero *E* ‖ 15 et *pro* ac *E* ‖ 16 saturantur *SEiacgs* ‖ 17 amoena loca *iacgs* ‖ 18 adiuuantur *E* ‖ 20 Tamen tolerat *G* ‖ 21 dio *acgs* ‖ 23 sunt *om.* *p* | saxo aut *om.* *p* ‖ 24 glarearis *L* | diuexa *G* ‖ 25 parte *V* | saltus *E*

DE DOMANDIS BVBVS.

Hoc mense ultimo domandi sunt trimi boues, XII quia post quinquennium bene domari non possunt aetatis repugnante duritia. capti ergo statim domentur, qui quidem prius, cum teneri fuerint, frequenti manus adtrectatione mansuescant. sed stabulum noui boues largioribus spatiis habere debebunt, ut et ante stabulum loca nullis concludantur angustiis et producti non aliqua uitientur offensa. in ipso uero sta- 2 bulo adseres transuersi a terra septem pedibus alti configantur. ad quos boues ligentur indomiti. tunc eligis absolutam tempestatibus et inpedimentis omnibus diem, qua capti perducantur ad stabulum. quorum si nimia fuerit asperitas, uno die ac nocte inter uincula mitigentur atque ieiunia. tunc appellationibus blandis et inlecebris oblatorum ciborum, non a latere neque a tergo, sed a fronte accedens bubulcus admulceat naresque et terga pertractet mero subinde conspergens, hac tamen cautione, ne aliquem calce contingat aut cornu. quod uitium, si in primordiis effectui sibi cessisse senserit, obtinebit. tunc miti- 3 gatis os et palatum salibus frica et in gulam demitte praesulsae adipis librales offas et uini sextarios singulos cornu infundente per fauces: quae res intra triduum totius saeuitiae iram resoluet. aliqui eos inter se iungunt ac docent onera temptare leuiora:

1 BORVS *E*, DE DOMIBVS BVBVS *V*, De domandis bobus *iac* ‖ 3 qui *E* ‖ 4 Capiti *V*, Capite *p* ‖ 6 adde tractione *L* | mansuescunt *SE* ‖ 8 loca *om. p* | nulli *PLQ* ‖ 9 nulla vit. off. *i* ‖ 11 ligantur *i* ‖ 13 quae *G* ‖ 14 adsperitas *P* ‖ 16 et *om. i* ‖ 17 bubulcos *L* ‖ 18 nares *s* ‖ 19 conspergent *P*, conspargens *i* | actione *pro* cautione *p* | calcem *P* ‖ 20 continguat *E* ‖ 21 effectiuum *i* | senserit *om. E* ‖ 22 palathum *G*, palatium *E* | fricabis *ia* | linguam *E* | dimitte *PLVGSETF*, dimittit *Q* ‖ 23 presule *E*, praesulsi *iacg* | praesulsae ad librares *p*, librare *E*, libriles *G* ‖ 25 seuiae *L* ‖ 26 docent eos *p*

et, quod utile est, si arationi parantur, subacto prius solo exercendi sunt, ut nouus labor tenera adhuc
4 colla non quasset. expeditior autem domandi ratio est, ut asperum bouem mansueto et ualido boui coniungas, quo ostendente facile ad omnia cogetur officia. si post domituram decumbit in sulco, non adficiatur igne nec uerbere, sed potius, cum decumbit, pedes eius ita ligentur uinculis, ut non possit progredi aut stare uel pasci. quo facto siti ac fame lassatus carebit hoc uitio.

DE EQVIS, EQVABVS ET PVLLIS.

XIII Hoc mense saginati ac pasti ante admissarii generosis equabus admittendi sunt et repletis feminis item ad stabula colligendi. neque tamen aequalem numerum omnium debemus adhibere, sed aestimatis uiribus uniuscuiusque admissarii summittenda sunt pauca uel numerosa coniugia, quae res efficiet admissarios non parua aetate durare. iuueni tamen equo et uiribus formaque constanti non amplius quam duodecim uel quindecim debemus admittere, ceteris pro
2 qualitate uirium suarum. sed in admissario quattuor spectanda sunt, forma, color, meritum, pulchritudo. in forma haec sequemur: uastum corpus et solidum, robori conueniens altitudo, latus longissimum, maximi ac rotundi clunes, pectus late patens et corpus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus et solidus et cornu concauo altius calciatus. pulchritudinis partes

3 Expicticior *E* | ratio est domandi *iacgs* | adhuc ratio *E* || 4 leuem *pro* bouem *E* | adiungas *E* || 5 cogentur *GE* || 6 domaturam *G* | non — decumbit *om. i* || 7 aut uerbere *E*, uel uerbere *QTia* || 8 ligentur ita *E* || 11 et eorum aetate *addit c* || 13 generosi *cg* | foeminis iterum *s* || 15 omnibus *acgs* | extimatis *i* || 16 cuiusque emissarii *p* | admittenda *G* || 20 uel quindecim *om. G* | ceterisque *E* || 23 hoc *iacgs* | corporis *L* || 25 et *pro* ac *iacgs* | ac totum decliues *F*, clunis *i* | omne corpus *G* || 26 pos *G* || 27 concaue *E* | Pulcritudinis autem *E*

hae sunt, ut sit exiguum caput et siccum pelle propemodum solis ossibus adhaerente, aures breues et argutae, oculi magni, nares patulae, coma et cauda profusior, ungularum solida et fixa rotunditas. colores 3
hi praecipui, badius, aureus, albineus, russeus, mur- (4)
teus, ceruinus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger, pressus: sequentis meriti uarius cum pulchritudine, nigro uel albineo uel badio mixtus, canus cum quouis colore, spumeus, maculosus, murinus, obscurior. sed in admissariis praecipue legamus clari et unius coloris: ceteri uero despiciendi, nisi magnitudo meritorum culpam coloris excuset. eadem 4
in equabus consideranda sunt, maxime ut sint longi (5)
et magni uentris et corporis: sed hoc in generosis seruetur armentis. ceterae passim toto anno inter pascua dimissis secum maribus inpleantur. equarum natura est partum spatio duodecimi mensis absoluere. illud in admissariis seruandum est, ut mediis aliquibus spatiis separentur propter noxam furoris alterni: sed his armentis pascua legamus pinguissima, hieme aprica, frigida et opaca prouideamus aestate nec adeo

1 hee *E* | egregium *i* || 2 solis *om. p* || 3 patulae, et erecta ceruix, coma densa et *s* || 4 Meritum, vt sit audax animo, pedibus alacris, trementibus membris, quod est indicium fortitudinis, quique ex summa quiete facile concitetur, vel ex citata festinatione non difficile teneatur. (Motus autem equi in auribus intelligitur, virtus in membris trementibus.) *post* rotunditas *inserit s cum hac nota*: *Sectionem hanc tertiam ex Codice inseruit Wasse ad Sallustium*; *habet etiam Isidorus et Vinc. hunc locum totum lunulis incl. g cum hac nota*: *Exhibet autem ea C. C. C.* (*interpretor Codex Corporis Christi*), *quem addit Wasse ad Sallustium l. c. et Isidorus*, *qui auctorem nostrum exscribit* || 5 hii *E* | praecipue *PLQVSTF* | baidius *G*, Basidus *E* | abineus *PLQVSE* | roseus *VSE* | myrteus *G*, mirteus *SET*, mureus *i* || 6 guttadus *P*, Guttanus *L*, gutatius *E* || 8 abineo *PQSi* | uadio *VS*, baido colore *G*, ualidio *L*, absido *E* || 9 couis *P*, quolibet *p*, canus cocum uis *L* || 12 meriti *p* | excusset *P* || 13 longae *SEs* || 15 passim *om. p* || 16 admissis *Qi*, demissis *Fc* || 17 XIII menses *p* || 18 admissaris *E* || 21 prouideamus *om. p*, *incl. s*

mollibus locis nata, ut ungularum firmitas de asperi-
5 tate nil sentiat. si equa marem pati noluerit, trita
(6) squilla naturalia eius infecta libidinem concitabunt.
deinde grauidae non urgeantur nec famem frigusque
tolerent nec inter se locis conprimantur angustis.
generosas equas et quae masculos nutriunt, alternis
annis summittere debebimus, ut pullis puri et co-
piosi lactis robur infundant: ceterae passim replendae.
6 aetas incipientis admissarii quinti anni initio esse
(7) debebit. femina recte et bima concipiet, quia post
decennium iners ex ea suboles et tarda nascetur.
pulli equarum nati manu tangendi non sunt, quia
eos tactus laedit adsiduus. quantum ratio patitur, de-
fendantur a frigore. in pullis pro aetatis merito ea
sunt consideranda, quae signum bonae indolis mon-
strant, quae in patribus uel matribus spectanda
praecepi. dabit et hilaritas, alacritas agilitasque
7 documentum. nunc domandi sunt pulli, ubi tempus
(8) bimae aetatis excesserint. consideranda sunt magna,
longa, musculosa et arguta corpora, testiculi pares,
exigui et cetera, quae in patribus dicta sunt. mores,
ut uel ex summa quiete facile concitentur uel in
8 excitata festinatione non difficile teneantur. aetatis
(9) consideratio talis est. bimo et sex mensium dentes
medii superiores cadunt. quadrimo canini mutantur.
infra sextum annum molares superiores cadunt. sexto

1 locis *om. p* | nacta *p* || 2 stricta *E* || 3 libidine *G* | concitabit *G*, excitabunt *SE*, contrahunt *cgs* || 4 graue *E* | famen *QE* | uel frigus *Eacgs* || 5 tolerant *Q* | loci *iacgs*, *om. T* | angustiis *Tiacgs* || 7 debemus *E* || 8 copiam *pro* robur *p* || 9 in initio *i* || 10 rite *pro* recte *T* | et *om. cgs* || 11 soboles *E* | et tarda *om. p* || 12 earum *L* || 13 tactos *V* | defendatur *L* || 14 ad frig. *P* || 15 consideranda sunt *E* || 19 binae *E* || 21 [et] exigui *cg*, et exigui *Fas* | ceteri *Q*, caeteri qui *i* | dicti sunt mores: ut *i* || 22 in excitata *PLG*, excitata V^1, in V^2 *supra*, ex incitata *ceteri* || 24 mensum *PLQV* || 25 superiores *om. p* | quadrimo — cadunt *P in infima pagina subscriptum*, *om. L* | canini cadunt uel mutantur *E* || 26 quintum *p*

anno, quos primo mutauit, exaequat. septimo anno omnes dentes eius explentur. latent abhinc aetatis notae: sed prouectioribus tempora cauari incipiunt, supercilia canescere, dentes plerumque prominere. hoc mense omnia quadrupedia, maxime equos, castrare debemus.

DE MVLIS ET ASINIS.

Si quem mulorum genus creare delectat, equam XIIII
magni corporis, solidis ossibus et forma egregia debet
eligere: in qua non uelocitatem, sed robur exquirat.
aetas a quadrima usque in decennem huic admissurae
iusta conueniet. si asinus equam fastidit admissus,
ostensam prius asinam, donec coeundi uoluptas solli-
citetur, adhibemus: qua subducta equam libido in-
citata non spernet et raptus inlecebris generis sui in
permixtionem consentiet alieni. si morsu furens laedit 2
obiectas, aliquatenus, labore mitescat. creantur et
ex equo et asina uel onagro et equa. sed generosius
nullum est huiusmodi animal, quam quod asino creante
nascetur. utiles tamen admissarii nascentur ex onagro
et asina: qui post in subole secutura agilitatem for-
titudinemque restituant. admissarius tamen asinus sit 3
huiusmodi, corpore amplo, solido, musculoso, strictis
et fortibus membris, nigri uel murini maxime coloris
aut rubei: qui tamen, si discolores pilos in palpebris
aut auribus geret, colorem subolis plerumque uaria-

1 mutabit *PLQGVF* ‖ 2 dentes *om. p* ‖ 3 noctae *L* | curuari *E* ‖ 4 canere *E* | promiscere *E* ‖ 5 eques *G* ‖ 8 Si quidem *LG* | aequam *V* ‖ 10 robor *PL* ‖ 11 a *om. Fgs* | usque ad in *L*, usque ad *V* | huic — conueniet *om. p* | admissura est iuxta *E* ‖ 12 visam equam *ps* ‖ 13 coeundi *om. p* | uoluptate *E* ‖ 14 postea subducimus; et tunc *pro* adhibemus: qua subducta *s*, prius ea subducimus: et tunc *p* ‖ 17 obiecto *G* | et *om. omnes* ‖ 18 ex equo et asino *i*, exequa etasino *Gacgs* | equa muli *p* ‖ 21 que est *pro* qui post *L* | sobolem secuturam *E* | et fortitudinem *G* ‖ 22 sit asinus huius. corpore *E* ‖ 24 muniri *Q* ‖ 25 robei *PL* ‖ 26 aut naribus generet *SE* | sobolis *E*

bit. minor trimo, maior decenni non debet admitti. 4 annicula mula debet a matre depelli et per montes asperos pasci, ut itineris laborem in tenera aetate solidata contempnat. minor uero asellus maxime agro necessarius est, qui et laborem tolerat et neglegentiam propemodum non recusat.

DE APIBVS.

XV Hoc mense maxime apibus solet morbus incumbere. nam post hiberna ieiunia tithymalli et ulmi amaris floribus, qui prius nascuntur, auidius adpetitis solutionem uentris incurrunt et pereunt, nisi adfueris uelocitate remedii. praebebis ergo mali granati cum uino amineo grana contrita uel uuae passae cum rore syriaco et austero uino uel simul omnia leuigata et incocta uino aspero: quae deinde in ligneis canalibus refrigerata ponantur. item rosmarinus aqua mulsa decoctus congelatur et in imbrice ponitur sucus huius-
2 modi. quod si horridae uidentur atque contractae torpere silentio et mortuarum corpora frequenter efferre, canalibus ex canna factis mel cum gallae puluere uel siccae rosae coctum debebis infundere. illud ante omnia expediet, ut putres partes fauorum uel uacuas ceras, quas aliquo casu examen ad paucitatem redactum non ualebit inplere, semper recidas acutissimis ferramentis subtiliter, ne mota alia pars fauorum cogat apes domicilia concussa deserere. nocet api-
3 bus plerumque felicitas sua. nam si nimiis floribus

1 admitti—debet *om. E* ‖ 4 Minor tamen *E* | maxime uero *V* | aratro *pro* agro *G* ‖ 5 qui *om. i* | et laborem non recusat et negligentiam tolerat *ps* | negligentia *E* ‖ 10 appetentes solutione *p* ‖ 11 intereunt *p* ‖ 12 implebis *G* ‖ 13 trita *E* | rosae *L* ‖ 14 austeri *PLQVSF* ‖ 15 uasculis *pro* canalibus *p* ‖ 16 refrigeranda *E* ‖ 17 congelatus *E* ‖ 18 contractum *E* | torpore *E* ‖ 19 mortuorum *E* | offerre *G* ‖ 24 semper *om. E* ‖ 27 nimis *G*

annus exuberat, dum solam curam gerendi mellis exercent, de prole nil cogitant: cuius omissa reparatione populus idem labore confectus extinguitur totius gentis exitio. itaque cum mellis nimietatem uideris ex florum grandi et continua messe defluere, interiectis ternis diebus clauso foramine non eas patiaris exire. ita ad generandam subolem conferentur. nunc 4
circa calendas apriles curandi sunt aluei, ut omnia purgamenta tollantur et sordes, quas tempus contraxit hibernum et uermiculi et tineae et araneae, quibus corrumpitur usus fauorum, et papiliones, qui uermiculos stercore suo faciunt nasci. tunc fumus incensi sicci bubuli stercoris adhibeatur, qui aptus est apium saluti: quae purgatio frequenter usque in autumni tempora celebretur. haec omnia ceteraque efficies castus et sobrius et alienus a balneis uel a cibis acribus et odoris inmundi atque omnibus salsamentis.

DE HORIS.

Hic mensis ad deprehendendas horas consentit XVI
octobri.

Hora	I	pedes	XXV,
hora	II	pedes	XV,
hora	III	pedes	XI,
hora	IIII	pedes	VIII,
hora	V	pedes	VI,

1 generandis *VF* ‖ 2 nichil *SE* ‖ 3 totius gentis *om. E* ‖ 4 generis *ps* ‖ 5 ex—defluere *om. p* | granditate et continua aestate *V* ‖ 6 ne eas *E* ‖ 7 ad generandum *pro* ad gen. sub. *p* | sobolem *E* | se conferent *ps* ‖ 8 calendas *om. E* ‖ 10 tinae *L* ‖ 11 qui stercore suo uermes faciunt. tunc *p* ‖ 12 fimus *PLQV*[1]*G*, *om. E* | incens *E* ‖ 13 sicci *om. p*, et sicci *hab. a*, [et] sicci *cg*, [et sicci] *s* ‖ 14 usque *om. p* ‖ 15 autumpnum tempus *E* | celebratur *i* ‖ 16 efficiet custos castus *s* | alineus *L* | ab alliis *i*, ab alliis et cibis *s* ‖ 20 ad deprehensas *E* ‖ 21 octobris *E* ‖ 22 habet *ante* pedes *inserit E* ‖ 25 pedes VIIII *E*

hora	VI	pedes	V,
hora	VII	pedes	VI,
hora	VIII	pedes	VIII,
hora	VIIII	pedes	XI,
hora	X	pedes	XV,
hora	XI	pedes	XXV.

6 sicut hora prima fit et decima sicut secunda et sic de reliquis *addit* E^2

LIBER QVINTVS
SIVE
MENSIS APRILIS.

TITVLI.

I De medica serenda et disciplina eius.

II De inserenda olea uel oleastro, de uineis et seminariis fodiendis et inserendis uitibus et agris umidis et pinguibus proscindendis.

III De hortis: in eo de caulibus, item de apio, de atriplice, de ocimo cum disciplinis suis, item de melone, cucumere, porro, cappari, serpillo, colocaseo, lactucis, beta, cepullis, coriandro, intybis, cucurbitis ac menta.

IIII De pomis: in eo de zizfya cum disciplina sua et de aliis pomis, quorum suis mensibus disciplina descripta est.

V De oleo uiolaceo et uino.

VI De armentis: in eo de uitulis nutriendis, de tonsuris et signaturis.

VII De apibus: in eo de uestigandis apibus et purgandis aluleariis.

VIII De horis.

1 LIBER—APRILIS *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS APRILIS *codices et i a g s*, TITVLI—horis *om. c* ‖ 5 I De medica—horis *om. E* ‖ 6 olea *om. G* ‖ 10 acimo *V* ‖ 11 colocasia *Qi* ‖ 12 latacis *Q* | betae *PG*, baetae *L*, bete *Q* | coliandro *codices* | intybis *a* ‖ 14 De pomis: in eo *om. a* | zyzyfa *L*, zizipha *a*, zyzypha *g*, zizypha *s* ‖ 16 descrita *Q*, destructa *L* ‖ 17 uiolacio *gs* ‖ 18 de tonsuris et signaturis *om. G* ‖ 20 uistigandis *L* ‖ 21 aluleariis *om. G* ‖ 22 MENSIS APRILIS *addunt codices* (*praeter E*) *et i*

DE MEDICA SERENDA ET DISCIPLINA EIVS.

I Hoc mense in areis, quas ante, sicut diximus, praeparasti, medica serenda est: quae semel seritur et decem annis permanet, ita ut quater uel sexies possit per annum recidi. agrum stercorat, macra animalia reficit, curat aegrota. iugerum eius toto anno tribus equis abunde sufficit. singuli cyathi seminis occupant locum latum pedibus quinque, longum pedi-
2 bus decem. sed mox ligneis rastellis obruantur iacta semina, quia sole citius conburuntur. post sationem ferro locum tangi non licet, sed rastris ligneis frequenter herba mundetur, ne teneram medicam premat.
3 prima messis eius tardius fiat, ut aliquantum semen excutiat: ceterae uero messes, quam uolueris cito, peragantur et iumentis praebeantur. sed primo parcius praebenda est nouitas pabuli: inflat enim et multum sanguinem creat. ubi secueris, saepius riga. post paucos dies, cum fruticare coeperit, omnes alias herbas runcato. ita et sexies per annum metes et annis decem poterit manere continuis.

DE INSERENDA OLEA ET CETERA.

II Nunc locis temperatis oliua inseratur: quae inseritur inter corticem more pomorum, sicut supra dictum est. sed ut oleastro inseras, contra illud, quod

1 ET DISCIPLINA EIVS *om. E* ‖ 2 Aprili mense *acgs* | inartis *G* | diximus ante debere praeparari *p* ‖ 3 medicina *L* | simul *i* ‖ 4 et *om. Ecgs* | in decem *L* ‖ 7 abunde *om.* p | quiati *PLQST*, qui. aciati *V*, quati *G*, ciati *E* ‖ 8 pedibus VI *pi* | pedibus *post* longum *om. i* ‖ 9 rastrellis *E* ‖ 10 sole *om. Q* | Post sationem uero ferro *E* ‖ 13 mensis *LV* | fiet *acgs* | semen eius exc. *E* ‖ 17 Vbi epius securis *E*, seruis *pro* secueris *p* ‖ 18 fructificare *LEG*, frutificare *i* ‖ 19 truncato *i* | ita ut sexies *E* | metas *E*, metis *ceteri* ‖ 20 potuit *L* ‖ 21 DE OLIVA *E* | ET CETERA *om. Eiac* ‖ 22 inseritur *E* ‖ 24 quo *Q*

ex olivueto insito et casu incenso renascitur oleaster
infelix, sic prouidendum est. positis prius oleastri
bracchiis in scrobe, in qua disponemus inserere, scro-
bes ita replebimus, ut mediae uacuae sint. cum con- 2
prehenderit oleaster, inseremus in infimo uel insitum
ponemus: et insitionem prope infra terram nutrie-
mus. deinde sicut adolescit, terram subinde colligi-
mus. ita conmissura in profundo latente, quisquis
uret aut caedet, oliuae locum non auferet pullulandi:
quae et apertam redeundi felicitatem de olea et oc-
cultam ualendi feracitatem de oleastri connexione re-
tinebit. aliqui oleas in radicibus inserunt et, ubi 3
conprehenderint, cum aliqua parte radicis auellunt et
transferunt more plantarum. Graeci oleas ab octauo
calendarum aprilium die usque in tertio nonas iulias
inseri debere praecipiunt, ita ut locis frigidis serius,
calidis maturius inserantur. locis frigidissimis nunc
uinearum fossio ante idus peragenda est et si qua
de martio mense restant. uites quoque inserimus.
seminaria, quae sunt ante facta, herbis liberentur et 4
leuiter circumfodiantur. nunc locis mediocriter siccis
milium serimus et panicum. hoc mense pingues campi
et agri, qui diu aquam tenent, proscindantur post
idus, cum et omnes herbas protulerunt et earum
semina nondum maturitate firmata sunt.

1 oleastro *V* ‖ 6 insitione *E* | infra prope *V* ‖ 8 latentem V ‖ 9 urit aut caedit (cedit) *omnes* | adferet *V*, aufferet *E*, aufert *Giacgs* | pillulandique *V* ‖ 10 de olea—feracitatem *om. G* | occulta *LE* ‖ 11 oleastris *E* ‖ 14 ΓΡΗΚV *E* | a nono *p* | 15 Kalendas apriles *i*, Calendas Apriles *s* | in tertium *GFacgs*, in III. *ET* | iulii *ET* | Nonarum Iulii *acg* ‖ 16 in locis *i* | 17 inseratur *PLQSFGE* ‖ 18 quae *G* ‖ 19 restabunt *SEs*, restabant *ceteri praeter Vp* | restabunt, uites *s* ‖ 20 seminaria *om. p* | 21 leniter *gs* ‖ 22 multum milium *i* | seremus *E* | panitium *s*, panicium *E* ‖ 23 proscinduntur *i* ‖ 24 protulerint *QSETacg*

DE HORTIS.

III Hoc etiam mense ultimo et prope uere transacto brassicam serere possumus, quae cauli seruiet, quia cymae tempus amisit. nunc apium bene seritur locis calidis et frigidis terra, quali uolueris, dummodo ubi umor adsiduus est, quamuis nasci, si necesse fuerit, et in siccitate non deneget: et prope omnibus mensibus a primo uere ad autumnum seratur extremum.
2 ex ipsius genere est hipposelinon, durius tamen et austerius, et heleoselinon molli folio et caule tenero, quod nascitur in lacunis, et petroselinon maxime locis asperis. haec omnia genera possunt habere diligentes. apios maiores facies, si semen, quantum tribus digitis conprehendi potest, linteolo clauseris rariore et breui fossa obrueris. ita omnium seminum germen capitis unius soliditate nectetur. crispi fiunt, si semina ante tundantur uel si super areas nascentes aliqua pondera uolutentur aut pedibus proculcentur enata. apii semina uetustiora citius nascuntur, quae nouella
3 sunt, serius. hoc mense atriplicem seremus, si rigare poterimus, et iulio uel ceteris usque ad autumnum mensibus. amat adsiduo umore satiari. semen statim, cum spargitur, obruendum est, herbae ei subinde uellantur. transferri etsi necessarium non est, cum

2 uero L | exacto *p* ‖ 3 quimae *PVSGi*, quime *LQET* | quia—amisit *om. p* ‖ 4 admisit *L* | Tunc *G* | amplius *pro* apium *p* | serimus *E* ‖ 5 dummodo ibi sit humor assiduus *acgs*, dummodo humor ubi assiduus est *i*, dummodo ibi humor assiduus est *T* ‖ 7 degeneret *V* ‖ 8 usque ad *Ea*, [usque] ad *cgs* ‖ 9 in ipsius *G* | ipposerinon *P*, yppolion *E* ‖ 10 eleosolinon *Q*, oleo seli. non *G*, oleo selinon *ET*, leoselinon *p* | molli—petroselinum *om. G* | calide *pro* caule *p* ‖ 11 petrosilinum *E* | quod maxime *s* ‖ 12 haec omnia possunt semina diligenter habere *p* ‖ 13 digitis tribus *E* ‖ 14 clausum *E* ‖ 17 acentes *G* ‖ 18 conculcentur *E* ‖ 19 Alii *E* ‖ 20 hoc—cessat *om. p* | serimus *E* | 21 et *om. i* | uel *om. i*, et *hab. Tacgs* ‖ 24 Transferre *E* | etsi *om. TGFiacgs*, ei *hab. SE*, et *PQL* V^1, si V^2 *supra*

bene seritur, tamen potest melius adolescere, si spatio
rariore pangatur et iuuetur suco laetaminis et umoris.
ferro tamen semper est recidendum, quia ita pullu-
lare non cessat. nunc ocimum seritur. cito nasci 4
dicitur, si statim, cum seueris, aqua calida perfundas.
rem miram de ocimo Martialis adfirmat, quod modo
purpureos modo albos flores modo russeos pariat et,
si ex eo semine frequenter seratur, modo in serpillum
modo in sisymbrium mutetur. hoc etiam mense melo- 5
nes et cucumeres seruntur et porrus et in primordio
capparis et serpillum et colocasei plantaria ponemus
et lactucas et betas et cepullas et coriandrum sere-
mus et intyba secunda satione, quibus utamur aestate,
et cucurbitas et mentam radice uel planta.

DE POMIS.

ZIZYFA. Locis calidis aprili mense zizyfum IIII
conseremus, frigidis uero maio uel iunio. amat loca
calida, aprica. seritur ossibus et stipite et planta.
crescit tardissime. sed si plantam ponas, martio magis
terra molli, si ossibus seras, in scrobe palmari, ita
ut terna grana per scrobem cacuminibus ponantur
inuersis. quibus in imo et in summo adfundatur lae-
tamen et cinis et herbis adnascentibus manu planta

1 bene cum *V* || 3 recidendum semper est *cgs*, resciden-dum semper est *ia*, recidendus *G* | qui ita *PLVG* || 4 ozi-mum *E* || 6 ozimo *E* || 7 rosseos *P*, ruseus *L*, roseos *V*²*SEi acgs* || 8 ex eodem *G* || 9 sisibrum *PLQVi*, sisimbrum *T*, sisimbrium *SGa*, sisinbrium *E* || 10 porrum *G* || 11 et ser-pyllum—planta *om. E* | colocasiae *edd.* || 13 intiba *PLVG STF*, intuba *Q* || 14 plantam *L* || 15 De zizipha cum disciplina sua *a*, De zizipho c. d. s. *c*, DE Pomis & zizifa *i*, DE ZIZIFO *E* || 16 ZYZYFA *LVG* | zyzyfum *PLQV*, zizi-phum *cgs* || 17 seremus *p* | loca frigida. aprica *E* || 19 ama-rissime *E* | ponis *Tiacg* || 20 in terra *Gia*, [in] terra *cgs* seram *L* || 21 ut *om. E* || 22 et in summo *om. G* | affun-dantur *E*

2 liberetur erumpens. cum pollicis soliditati similis fuerit,
transferatur in locum pastinatum uel in scrobem. terram diligit non nimis laetam, sed proximam tenui atque ieiunae. per hiemem prodest illi, ut circa codicem lapidum cumulus adgeratur, qui aestate debet
3 auferri. si arbor haec tristis est, ferrea strigili subrasa hilarior fiet uel si fimum bubulum radicibus modice et frequenter adfundas. zizyfa collecta matura in longo uase fictili seruantur oblito et loco sicciore conposito: uel recens lecta poma, si guttis uini ueteris perfundas, efficitur, ne ea rugarum deformet adtractio. seruantur etiam decisa cum ramis suis aut sua fronde inuoluta atque suspensa.

4 DE POMIS ALIORVM MENSVM. Hoc etiam
(V) mense locis temperatis mala granata ponuntur ea ratione, qua dictum est, et inseruntur. nunc circa calendas maias persicus inoculari potest, quo more inplastratur ficus, sicut diximus, cum de insitione loqueremur. hoc mense calidis locis citri arbor inseritur, sicut supra memoraui. nunc locis frigidis fici plantaria disponemus seruantes eam, quae supra dicta
5 est, disciplinam. nunc etiam ficum debemus in-
(2) serere in ligno uel sub cortice, sicut ante praecepi, et eam locis siccis inoculare. nunc palmarum planta, quam cefalonem uocamus, locis apricis et calidis est ponenda. hoc mense sorbum poterimus inserere in se, in cydoneo, in spina alba.

4 prode est *L* | corticem *V* || 5 lapidem *L* | cumulis *L* | aggeretur *acgs* | quia *PLQF* || 6 tristis est hec *E* | ferro astrigili *G* || 8 adfundas et frequenter *G* | zyzyfa *PQ*, zyzifa *V*, zizipha *cgs* || 10 recenter *acgs* || 12 fronde sua *Giacgs* || 14 MENSUUM *L*, MENSIUM *SE*, mensium *ic* || 15 malo *S* || 16 Nam *icgs* || 17 modo *pro* more *E* || 18 inplastatur *L*, inplaustratur *E*, implastratur *Ti*, emplastratur *acgs* || 19 locis calidis *G* || 20 ficus plantarias *E* || 24 planta palmarum *iacgs*, palma palmarum *E* || 25 quae *G* | cephalonem *Eiacgs* || 26 in se—alba *om.* *E* || 27 cydonio *acgs*

DE OLEO ET VINO VIOLACEO.

Tot uiolae uncias infundes, quot olei libras mise- V
ris, et diebus quadraginta sub diuo habere debebis. (VI)
uiolae purgatae, ut de rore nihil habeat, libras quin-
que uini ueteris decem sextariis debebis infundere et
post triginta dies decem mellis ponderibus tem perare.

DE ARMENTIS.

Hoc mense uituli nasci solent, quorum matres VI
abundantia pabuli iuuentur, ut sufficere possint (VII)
tributo laboris et lactis. ipsis autem uitulis tostum molitumque milium cum lacte misceatur saliuati more praebendum. nunc locis calidis tondeantur oues et serotini fetus hoc mense signentur. nunc prima est admissura, quae excellit, arietum, ut agnos iam maturos hibernum tempus inueniat.

DE APIBVS.

Hoc mense locis aptis apes quaeremus. sed VII
loca mellifica indicant apes, si circa fontes fre- (VIII)
quentissimae pascantur: nam si rariores uidebuntur, in his locis mellificari utiliter non potest. quod si frequentes aquantur, ubi sint examina earum, hoc
genere possumus inuenire. ac primo, quam longe sint, 2

1 LIUOLACEO *Q*, UIOLATIO *G* || 2 infundes *om. PLQ V¹GSETp*, infundas *ia*, [infundas] *cgs* || 3 dio *acgs* || 4 nil *L*, nichil *E* | habeant *Eiacgs* || 5 debemus *L* || 6 temptare *E* 8 Haec melle *L* || 10 tritum *pro* tostum *p* || 11 mollitumque *G*, molitum *E* | saluati *Q*, saliua timore *V*, saliuatim ore *SF*, saliuatim ori *TG*, saluiatum ore *E*, saluiati *ia*, saliuari *g* | saliuati—praebendum *om. p* || 13 Nunc etiam *acgs* || 14 quae excellit *om. p* || 16 DEINVESTIGANDISAPIB: IN EO ET PURGANDIS *G* || 17 apricis *iacgs* || 18 frequentissime *omnes praeter Es* || 20 APRILIMEN *G in margine* | possunt *E*, poterunt *p* || 21 frequenter *E* || 22 longe aut prope *ps*

exploremus, aut proxime. rubricam liquidam breui uasculo infusam geramus et obseruemus fontes aut aquas uicinas. tunc dorsa apum bibentium tangamus illo liquore tincta festucula atque ibidem moremur. si cito reuersae fuerint, quas tinximus, hospitia earum proxima esse noscemus, si tarde, spatio longiore summota, quod pro mora temporis aestimamus. ad proxima
3 facile uenies, ad longinqua hoc genere perduceris. cannae unum internodium cum suis recides articulis et in latere aperies. ibi mel exiguum uel defrutum mittes et iuxta fontem pones. cum ad eum conuenerint apes atque ingressae fuerint post odorem, foramen pollice claudes adposito et unam tantum patieris exire, cuius fugam persequere. ea tibi partem demonstrat hospitii. cum ipsam coeperis non uidere, alteram continuo dimittes· et sequeris. ita singulae subinde dimissae te
4 faciunt usque ad locum examinis peruenire. aliqui mellis breuissimum circa aquas uasculum ponunt, de quo cum apis aquando gustauerit, ad commune pabulum pergens alias exhibebit: quarum frequentiam subinde crescentem notata reuolantium parte usque ad
5 examina persequeris. quod si est examen in spelunca reconditum, fumo eicietur et, cum exierit, aeris sonitu territum in frutice uel in aliqua siluae se parte

1 aut proxime *om. ps* ‖ 3 apium *E* | tangat *omnes codices*, tangantur *p* ‖ 4 fistucula *LQVSi*, fisticula *P*, fistula *E* | morentur *F* ‖ 5 officia *E* ‖ 6 noscamus *E* ‖ 7 extimamus *i* ‖ 8 fatie *E* | genere *om. E* | produceris *E* ‖ 9 intermodium *G* | recidis *PLQVGS*[2] *(in margine) TFi*, recisis *S*[1]*E*, recidas *acg* ‖ 10 ubi *SE* | defritum *PLQVGF*, de fructu *E* | mittis *codd. et i* ‖ 11 iusta *S*[1] | cumuenerint *Q*, ad id peruenerint *p* ‖ 13 claudis *codd. et ia* | adposito *om. E* | unum *E* ‖ 14 monstrabit *E*, demonstrabit *s* ‖ 15 dimittis *codd. et i* ‖ 16 subinde singulae *G* | demissae *E* ‖ 17 facient *acgs* ‖ 18 aquam *iacgs* ‖ 19 apes *PLVGSET* | aquanda *PLVTGFp*, aquam degustauerit *QSi*, aquam degustauerint *E* ‖ 20 exibebit *G* ‖ 22 speloncа *E*[1] ‖ 23 recunditum *E* | fimo *G* | ecietur *L*, eicitur *E* (a *supra*) | exerit *P*, eicitur *F* ‖ 24 fructice *E* | se *om. G*

suspendet et ita admoto uasculo recipietur. si uero in cauae arboris ramo fuerit, acutissima serra idem ramus supra infraque decisus et munda ueste coopertus poterit adferri et inter aluearia conlocari. uesti- 6
gantur autem mane, ut tota dies sufficiat ad sequendum. nam uespere peracto opere ad aquas plerumque non redeunt. uasa autem, quibus recipiuntur, perfricanda sunt citreagine uel herbis suauibus et conspargenda imbre mellis exigui: quod si uerno fiat et circa fontes aluearia sic tincta ponantur, locis, quibus apum frequentia est, multitudinem sibi sponte conducent, si tamen seruari a furibus possint. hoc etiam 7
mense, sicut supra, purganda sunt aluearia sordibus et necandi papiliones, qui maxime abundant florentibus maluis, quos hoc genere intercipiemus. uas aeneum miliario simile id est altum et angustum uespere inter aluearia conlocemus et in fundo eius ponamus lumen accensum. illuc papiliones conuenient et circa lumen uolitabunt et angustia uasculi ab igne proximo interire cogentur.

DE HORIS.

Huius mensis horae horis mensis septembris VIII (VIIII)
aequantur hoc genere.

Hora	I	pedes	XXIIII,
hora	II	pedes	XIIII,
hora	III	pedes	X,

1 amoto *E* ‖ 3 coopertum *E* ‖ 4 locari *p* | Inuestigatur *E* ‖ 5 autem *om. p* | toto *GF* | die *PLVFG* | querendum *p* ‖ 6 aquam *iacgs* ‖ 7 cum quibus *p* ‖ 8 citriagine *SE* | citreagine uel *om. p* | conspergenda *SETGFiacgs*, spargenda *p* ‖ 9 exiguo melle *p* ‖ 10 si *pro* sic *L* ‖ 11 frequenti *V*[1] ‖ 12 possunt *FEacgs* ‖ 16 inter miliario *L*, miliario simile id est *om. p* ‖ 18 illud *Q* | 19 uolitabant *L* | igni *G* ‖ 22 septembri *V* ‖ 23 concordant *p* ‖ 24 habet *ins. E*

hora	IIII	pedes	VII,
hora	V	pedes	V,
hora	VI	pedes	IIII,
hora	VII	pedes	V,
hora	VIII	pedes	VII,
hora	VIIII	pedes	X,
hora	X	pedes	XIIII,
hora	XI	pedes	XXIIII.

1 pedes VI *i*

LIBER SEXTVS
SIVE
MENSIS MAIVS.

TITVLI.

1 LIBER—MAIVS *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS MAII *codices et iags*, TITVLIS — horis *om. c* ‖ 5 I De panico —horis *om. E* | panicio *Sg*, panitio *E*, panicio (panico) *s* | florentis *G* ‖ 7 nouellis *V* | reliquendis *P* ‖ 11 potandis *P* ‖ 13 spatiis et oleribus *S* ‖ 17 zizifa, zizyfa, zyzyfa, zizipha, zizypha, zyzypha *codices et editiones* | planta *P*, plantandus *Q*, plantandum *G*, plantandis *i* ‖ 18 bobus *ia* ‖ 19 et illarum cura *addit S* ‖ 20 cum ipsius disciplina *addit S*

DE PANICO ET MILIO, DE FLORENTIBVS SATIS, DE RECIDENDO FENO.

I Locis frigidis et umectis panicum seremus et milium more, quo dixi. nunc omnia prope, quae sata sunt, florent: neque tangi a cultore debebunt. florent autem sic. frumenta et hordeum et quae sunt seminis singularis, octo diebus florebunt et deinde per dies quadraginta grandescent flore deposito usque ad maturitatis euentum. quae uero duplicis seminis sunt, sicut faba, pisum, ceteraque legumina, quadraginta
2 diebus florent simulque grandescunt. hoc mense in locis siccis, calidis siue maritimis fena recidantur, prius tamen, quam exarescant. quod si pluuiis infusa fuerint, conuerti ante non debent, quam pars eorum summa siccata est.

3 roseo *G* ‖ 4 liliaco *L*, liliacio (liliatio) *alii* ‖ 5 rosato *G* ‖ 6 rodomelli (rhodomelli) *plures* ‖ 7 uiribus *PLQGV*[1] ‖ 8 MENSIS MAIVS *addunt codices* (*praeter E*) *et i* ‖ 9 panitio *SE* ‖ 11 Maio mense locis *acgs* | panitium *SE* ‖ 12 quoque *pro* more, quo *L* ‖ 15 singuli *G*, singulis *E* | dein *G* ‖ 16 XL diebus *p* | ad *om. G* ‖ 18 faua *V* ‖ 20 reciduntur *E* ‖ 22 debebunt *S* ‖ 23 siccata sit *iacgs*, sicca sit *E*, siccetur *p*

DE NOVELLAE SARMENTIS RELINQVENDIS ET PAMPINANDIS VITIBVS.

Nunc consideremus nouella uitis sarmenta, quae II
protulit, et ei pauca et solida relinquamus et admini-
culis firmemus, donec brachia prolata durescant. non
autem amplius resectae et pullulanti uiticulae quam
duae uel tres materiae relinquantur et alligentur
propter iniuriam uenti. ideo autem tres materias dixi
debere dimitti, ne dissipantibus uentis nulla remaneat,
si in primordio reliqueris pauciores. hoc mense pam- 2
pinari conueniet. sed tunc est obportuna pampinatio,
cum teneri rami digitis stringentibus crepabunt sine
difficultate carpentis. haec res uuas efficit pinguiores
et maturitati consulit solis admissu.

DE PROSCINDENDIS ET APERIENDIS NOVIS AGRIS.

Nunc quoque pingues agri et herbosi proscin- III
dantur. sed si agros incultos uolueris aperire, con-
siderabis, siccus an umidus sit ager, siluis aut gra-
mine, frutectis uestitus aut filice. si umidus erit,
fossarum ductibus ex omni parte siccetur. sed apertae
fossae notae sunt, caecae uero hoc genere fiunt. in-
primuntur sulci per agrum transuersi altitudine pedum
ternum: postea usque ad medietatem lapidibus minu-
tis replentur aut glarea et super terra, quam eges-
seramus, aequatur. sed fossarum capita unam patentem 2
fossam petant, ad quam decliues recurrant. ita et

1 NOUELLIS *E*, nouellae vitis *c* ‖ 2 aliis vitibus *c* | VITIBVS *om. E* ‖ 3 nouellae *QSTiacg* | quae protulit sarmenta *s* ‖ 6 pululanti *G* ‖ 10 reliquae *E* ‖ 11 optima *i* ‖ 12 rami *om. p* ‖ 14 materias E^{1}, materiis E^{2} ‖ 19 si siccus *E* ‖ 20 fructectis *F*, frutetis *icgs* | sit uestitus *E* | ficile *G* ‖ 22 caeterae *pro* caecae *G*, ecce *E* ‖ 24 trium *E* | minutis *om. p* ‖ 25 replentur *om. G* | terram *VSEG* ‖ 26 aequetur *G* ‖ 27 decuibes *Q*, declibes *PLF* | decurrant *iacgs*

umor deducetur et agri spatia non peribunt. si defuerint lapides, sarmentis uel stramine subiecto cooperiantur uel quibuscumque uirgultis. sed si nemorosus est, extirpatis aut raro relictis arboribus excolatur,
3 si lapidosus, per macerias saxorum turba collecta et purgari poterit et inde muniri. iuncus et gramen et filices frequenti aratione uincentur. sed filicem, si saepe fabam conseras uel lupinos et si subinde nascentem mucrone falcis incidas, intra exiguum tempus absumes.

DE OCCANDIS VITIBVS ARBORIBVSQVE ET RVDE CAEDENDA, FODIENDIS SEMINARIIS, PVTANDIS OLEIS AC LVPINO VERTENDO.

IIII Hoc mense arbores et uites, quae ablaqueatae fuerant, occare, hoc est, operire iam conuenit. nunc ad rudem faciendam silua caedatur, quando omni fronde uestita est. caedendi autem hic modus est, ut optimus operarius in alta silua modii spatium, mediocris
2 uero tertia minus possit abscidere. nunc et seminaria fodiuntur adsidue et locis praegelidis et pluuiosis oleae putantur et eis muscus abraditur. at si quis lupinum stercorandi agri causa seminabit, aratro illum nunc debebit euertere.

2 superiecto *p* | coperiantur *V*, operiantur *SEp* || 4 recolatur *p* || 5 a turba collectas *cg* || 6 turbari S^1E | inde *om. p* | muneri *Q* || 7 felices *L* || 8 conferas *E* | nascente *E* || 9 mocrone *L* | adsumes *LV* || 12 RURE *QVG*, RURAE *P* | SEAEAMINARIIS *P* || 13 POTANDIS *P* || 15 hoccare *P* | aperire *Q* | nos *pro* iam *p* | Nunc caedendam esse materiam quando omni fronde silua uestita est *p* || 17 hoc *L* | est *om. E* || 19 abscindere *as* || 20 pergelidis *Gi* | pluuialis *E* || 21 ei *G* | ac *FG* | quis *om. L*, qui *hab. PQSF* || 22 seminauit *SEs* | illum *om. p* || 23 debet *E*

DE HORTIS.

Hortorum spatia, quae per autumnum seminibus V
inplenda destinantur aut plantis, nunc conueniet pastinare. hoc mense apium bene seritur, sicut ante iam dictum est, uel coriandrum et melones et cucurbitae, carduus et radices et ruta pangetur. porri quoque planta transfertur, ut rigationibus animetur.

DE POMIS.

Locis calidis nunc mala punica florere incipiunt. VI
ramus ergo cum flore, sicut Martialis dicit, si obruto circa arborem fictili uase claudatur et, ne resiliat, ligetur ad palum, pro uasculi magnitudine pomum reddet autumno. hoc etiam mense locis calidis inplastrari persicus potest. locis frigidis nunc citri arbor inseritur, ut ea, quae dicta est, disciplina seruetur. nunc frigidis locis zizyfum conserimus et ficum uel inserimus. hoc etiam mense palmae planta disponitur.

DE ARMENTIS.

Nunc castrandi sunt uituli, sicut Mago dicit, VII
tenera aetate, ut fissa ferula testiculi conprimantur et paulatim confracti resoluantur. sed hoc luna de-

3 destinata sunt *p* | ut plantes *G* | non *pro* nunc *L* || 4 bene seritur apium *E*, bene *om. p* | iam ante *iacgs* || 5 coliandrum *PLQSF* || 6 pangentur *VEiacgs* || 7 cum *pro* ut *L*, *om. E* || 10 sicut *pro* si *L* || 11 circa *om. E* | arbore *E* | resiliet *F* || 13 reddit *omnes* | implastrari *SFi*, in palustrali *E*, emplastrari *acgs* || 14 ponitur *pro* potest *E* || 15 et ea *Facgs* || 16 frigidus *L* | zyzyfum *V*, ziziphum *Lcgs*, zizifum *GEi* | conseremus *omnes praeter p*, *qui* conseretur et ficus; inseritur *praebet* | et ficum uel inserimus *om. G* | uel *om. Fiacgs* || 17 inseremus *E*, inseritur *i* | planta palmae *G* || 18 in eo de castrandis bobus *addunt ia*, item de castr. bob. *c* || 20 confringantur. Sed *p*

crescente uerno uel autumno fieri debere praecepit. alii ligato ad machinam uitulo duabus angustis regulis stagneis sicut forcipibus ipsos neruos adprehen-
2 dunt, qui Graece cremasteres dicuntur. his conprehensis tentos testiculos ferro resecant et ita recidunt, ut aliquid de his capitibus neruorum suorum dimittatur haerere. quae res et sanguinis nimietatem prohibet et non omnino iuuencos subducto robore uirilitatis effeminat. nec admittendum est, quod plerique faciunt, ut statim castratos coire conpellant. nam certum est ab eis generari, sed ipsos fluxu sanguinis interire. uulnera uero castraturae cinere sarmentorum
3 et spuma linentur argenti. castratus abstineatur a potu et cibis pascatur exiguis ac sequenti triduo praebeantur ei tenerae arborum summitates et frutecta mollia et herbae uiridis coma dulciore sagina roris aut fluminis. pice etiam liquida mixto cinere et modico oleo post triduum uulnera diligenter ungenda sunt. sed melius genus castrationis sequens usus in-
4 uenit. alligato enim iuuenco atque deiecto testiculi stricta pelle clauduntur atque ibi lignea regula premente deciduntur ignitis securibus uel dolabris uel, quod est melius, formato ad hoc ferramento, ut gladii similitudinem teneat. ita enim circa ipsam regulam ferri acies ardentis inprimitur unoque ictu et moram doloris beneficio celeritatis absumit et ustis uenis ac pellibus a fluxu sanguinis strictis plagam cicatrix quodammodo cum ipso uulnere nata defendit.

1 uel *om. E* | praecipit *acgs* || 3 forcibus *G* | apprehendant *E*[1] || κρεμαστῆρες *iacgs* || 6 dimittantur *E*. neruorum permittatur *p* || 8 subdito *G* || 9 Non enim adm. *p* | est *om. G* || 10 faciant *pro* conpellant *p* || 11 est *om. E* | generi *Q*, generali *V* | ipso *V* || 13 linientur *E* | Castratus autem *E* || 14 et *pro* ac *acgs* | sequente *G* || 16 dulcior. asagina *G* | dulciore—fluminis *om. p* || 17 rore *E* | mixta *G* || 18 unguenda *Gcgs* || 19 tenens *pro* sequens *E* || 20 iunco *E*, uitulo *p* | testiculo *E* || 21 atque—deciduntur *om. p* || 24 circa *om. E* | ipsa *G* || 26 assumit *Ep* || 27 a *om. s* | strictis plagam *om. p*, *incl. s* || 28 quod admodo *PLQ*

DE TONSVRIS OVIVM.

Locis temperatis nunc ouium celebranda ton- VIII
sura est. sed tonsas oues hoc unguine medicemur.
sucum decocti lupini, feces uini ueteris et amurcam
pari mensura miscebis et in unum corpus omnia re-
dacta curabis adlinere. post triduum deinde, si mare 2
uicinum est, litori mergantur extremo: si in mediis
terris pascimus, aqua caelestis cum sale paululum
decocta sub diuo debebit pecorum tonsa et uncta
membra diluere. hoc enim modo curatum pecus toto
anno nec scabrum fieri dicitur et prolixas lanas
creare fertur ac molles.

DE CASEO FACIENDO.

Hoc mense caseum coagulabimus sincero lacte VIIII
coagulis uel agni uel haedi uel pellicula, quae solet
pullorum uentribus adhaerere, uel agrestis cardui flori-
bus uel lacte ficulno, cui serum debet omne deduci,
ut et ponderibus urgeatur. ubi solidari coeperit, loco
opaco ponatur aut frigido et pressus subinde adiectis
pro adquisita soliditate ponderibus trito ac torrefacto
sale debet aspergi et iam durior uehementius premi.
post aliquot dies solidatae iam formulae per crates 2
ita statuantur, ne inuicem se unaquaeque contingat.
sit autem loco clauso et a uentis remoto, ut teneri-

2 celebranda est tonsura *E*, est *om. G* || 3 oues *om. p* | medicemus *Liacg* || 4 et—mensura *om. Gp* | amarca *E* || 6 adlinire *ETiacgs* || 8 pascimur *G* | coelesti *p* || 9 dio *acgs* | tonsorum *V* | et *om. E* | unta *L*, cuncta *E*, ouium tonsor uncta *p* || 10 etiam *pro* enim *E* || 11 prolixis *E* || 14 quo agulauimus *P*, quagulauimus *LF*, qua coagulabimus *Q* || 15 quagulis *PLQSTEG* | uel licula *G* || 17 ficulneo *EF cgs* || 18 coepit *PLG*, cepit *F* || 20 prohacquisita *L*, pro acquisita *VF*, proaqquisita *G*, pro acquirenda *cg* | auctore facto *E* || 22 aliquos *PLQV* (s *in rasura*) *SEFG* | soliditate *G*

tudinem seruet atque pinguedinem. uitia casei sunt, si aut siccus sit aut fistulosus: quod eueniet, si aut parum prematur aut sales nimios accipiat aut calore solis uratur. in recenti caseo conficiendo aliqui nucleos uirides pineos terunt atque ita lacte mixto gelant.
3 aliqui thymum tritum et frequenter colatum congelant. qualemcumque etiam saporem uelis, efficere poteris adiecto, quod elegeris, condimento seu piperis seu cuiuscumque pigmenti.

DE APIBVS.

X Hoc mense incipiunt augeri examina et in extremis fauorum partibus maiores creantur apiculae, quas aliqui reges putant: sed Graeci eos oestros appellant et necari iubent, quia requiem concutiunt quiescentis examinis. nunc papiliones abundant, quos necemus more, quo dixi.

DE PAVIMENTIS ET SOLARIIS.

XI Nunc circa extremum mensem pauimenta in solariis fiunt: quae in frigidis regionibus et, ubi pruinae sunt, glacie suspenduntur et pereunt. sed si hoc placuerit, sternemus duplices ordines tabularum transuersos atque directos et paleam uel filicem supra constituemus aequaliter. aequabimus saxo, quod manum
2 possit inplere. pedaneum super rudus inducimus et adsiduo uecte densamus: tunc, antequam rudus sicce-

2 euenit *E* | aut si *iacgs* ‖ 3 non satis *pro* parum *G* | colore *Q* ‖ 4 aduratur *E* ‖ 5 atque *om. G* | misto lacte *iacgs* | aliqui—gelant *om. L* ‖ 6 timum *SE*[1] ‖ 8 eligeris *V* ‖ 9 alteriuscumque *E* ‖ 11 Hoc etiam mense *E* | semina *L* ‖ 12 creatur *Q* ‖ 13 eostros *PLQVGS*, costros *E*, necros *E*, *οἴςρος i*, *οἴςρους acgs* | uocant *p* ‖ 16 quod *pro* quo *L* ‖ 19 mittunt *pro* fiunt *E* ‖ 20 sed *om. G* ‖ 22 silices *p* | substernemus *ps* ‖ 23 et aequaliter *QFpiacg*, et (aequaliter) *s* ‖ 24 rudis *L*, rudos *QV* | inducamus *E*

tur, bipedas, quae per omnia latera canaliculos habeant digitales, iungemus, ita ut calce uiua ex oleo temperata bipedarum canales, qui inter se connectendi sunt, inpleantur et earum coniunctione rudus omne cooperiatur. nam siccata omnis materia unum corpus efficiet et nullum transmittet umorem. 3 postea sex digitorum testacium superfundemus et frequenter uirgis uerberabimus, ne rimis possit aperiri. tunc tessellas latiores uel tabellas qualescumque marmoreas aut paginas inprimemus et hanc constructionem res nulla uitiabit.

DE LATERIBVS FACIENDIS.

XII Hoc mense lateres faciendi sunt ex terra alba uel creta uel rubrica. nam qui aestate fiunt, celeritate feruoris in summa cute siccantur interius umore seruato: quae res scissuris eos faciet aperiri. fiunt autem sic. terra creta diligenter et omni asperitate purgata mixta cum paleis diu macerabitur et intra formam lateri similem reprimetur. tunc ad siccandum relicta subinde uersabitur ad solis aspectum. sint uero lateres longitudine pedum duorum, latitudine unius, altitudine quattuor unciarum.

DE ROSATO.

XIII Quinque libras rosae pridie purgatae in uini ueteris decem sextariis merges et post triginta dies decem despumati mellis libras adicies et uteris.

4 coniunctio *PLQ*, coniectio *G*, coniunctionem *E* ‖ 5 cooperiantur *L* ‖ 6 efficiatur *E* | transmittat *E* ‖ 7 testaceum *edd.* | superfundimus *codd. ia* | uirgis *om. E* ‖ 8 uerberemus *E* | rimus *L* | tessales *V* ‖ 9 altiores *SE* ‖ 10 pars *pro* res *E* ‖ 12 FACIENDIS *om. G* ‖ 14 sunt *pro* fiunt *E* ‖ 15 crate *codd. i* ‖ 16 aperiri fatiet *E* ‖ 19 lateris similitudine *G* | deprimetur *acgs* ‖ 23 DE OLEO ROSATO *E* ‖ 25 sestarios (sextarios) *iacgs* | mergis *codd.* | et *om. i* ‖ 26 dispumati *ia* | libras *om. E*

DE OLEO LILIACIO.

XIIII Per olei libras singulas dena lilia curabis infundere et uas uitreum quadraginta diebus locare sub diuo.

DE OLEO ROSEO.

XV In olei libras singulas rosae purgatae singulas uncias mellis mittis et septem diebus in sole suspendis et luna.

DE RODOMELI.

XVI In suci rosae sextariis singulis libras singulas mellis admisces et diebus quadraginta sub sole suspendis.

DE ROSIS VIRIDIBVS SERVANDIS.

XVII Rosas nondum patefactas seruabis, si in canna uiridi stante fissa recludas ita, ut scissuram coire patiaris, et eo tempore cannam recidas, quo rosas uirides habere uolueris. aliqui olla rudi conditas ac bene munitas sub diuo obruunt ac reseruant.

DE HORIS.

XVIII In horarum mensuris maius respondet augusto.

Hora	I	pedes	XXIII,
hora	II	pedes	XIII,
hora	III	pedes	VIIII,

1 LIBACIO *G*, liliaceo *S*[1]*iacgs* ‖ 4 dio *Eacgs* ‖ 7 mellis *om. LETi* | mittes *cgs* | suspendes *cgs* ‖ 9 RODOMELLI *PL QVS*, RODOMELLE *E*, rhodomelli *c*, rhodomeli *gs* ‖ *Totum caput XVI om. p* ‖ 12 VIRIB: *G* | CONSERVANDIS *E* ‖ 14 cissuram *E*, fissuram *iacgs* ‖ 15 cannas *V* ‖ 16 uiridas *G* | ruda *G* ‖ 17 dio *Eacgs* | ac reseruant *om. E* ‖ 19 respondit *PL* ‖ 20 pedes XXIIII *E*

hora	IIII	pedes	VI,
hora	V	pedes	IIII,
hora	VI	pedes	III,
hora	VII	pedes	IIII,
hora	VIII	pedes	VI,
hora	VIIII	pedes	VIIII,
hora	X	pedes	XIII,
hora	XI	pedes	XXIII.

2 pedes III *E* ‖ 4 pedes III *E* ‖ 8 pedes XXIIII *E*

LIBER SEPTIMVS

SIVE

MENSIS IVNIVS.

TITVLI.

1 LIBER—IVNIVS *om. codd.* || 4 TITVLI MENSIS IVNII *codices et iags*, TITVLI—horis *om. c* || 5 I De area paranda —XIII De horis *om. E* || 6 mensibus *L V* || 11 coliandro *codices* || 13 malo *ia* | zizyfo *etc. similiter ac supra* | inflastratione *Q* || 15 de *om. omnes praeter Vi* || 18 ac regibus *gs* | examinum supplenda *i* || 19 de subplendis alueariis *om. a* || 20 lateribus *S* || 21 fructum *L* | uentorum *Q*

DE AREA PARANDA.

I Hoc mense area paranda est ad trituram, cuius primo terra radatur. deinde effossa leuiter mixtis paleis et amurca aequatur insulsa: quae res a muribus et formicis frumenta defendit. tunc premenda est rotundo lapide uel columnae quocumque fragmento, cuius uolutatio possit eius spatia solidare. dehinc sole siccetur. aliqui mundatis areis aquam spargunt et minuta ibi pecora diu spatiari ac proculcare conpellunt. et cum terra ungulis stricta fuerit, spectant solidam siccitatem.

DE MESSIBVS.

II Nunc primo hordei messis incipitur, quae consummanda est, antequam grana arefactis spicis lapsa decurrant, quia nullis sicut triticum folliculis uestiuntur. quinque modios recidere potest pleni agri opera una messoris experti, mediocris uero tres, ultimi etiam minus. sed hordei culmos iacere in agris aliquantum

1 camelo *V*, camomelo *G*, camemilleo *i*, chamaemilleo *a*, chamaemelo *gs*, camemelo *ceteri* || 2 Deo enantho *G*, De enanthe *alii* || 3 Alphica *i*, alica *a* || MENSIS IVNIVS *addunt codices* (*praeter E*) *et i* || 6 Iunio mense *acgs* || 8 aequetur S^1 || 11 Sole dehinc siccentur *E* || 12 aeris *P* | aqua *PLQVF* || 14 fricta *G* || 16 DE MESSE ORDEI *E* || 17 prima *G* | messis ordei *E* | inciditur *E*, recipitur *p* | consumenda *PVSE*, consummenda *L*, consumanda *i* || 18 est *om. E* | granare fractis *PLQ*, grana (*ras.*) fractis *V*, grana refractis *TFG* || 21 Vltimus *E* || 22 aliquantulum *STE iacgs*

2 sinamus, quia fertur hoc more grandescere. nunc
etiam mense postremo locis maritimis et calidioribus
ac siccis tritici messis absciditur. quam paratam esse
cognoscis, si aequaliter spicarum populus maturato
rubore flauescat. pars Galliarum planior hoc con-
pendio utitur ad metendum et praeter hominum labo-
res unius bouis opera spatium totius messis absumit.
fit itaque uehiculum, quod duabus rotis breuibus fertur.
3 huius quadrata superficies tabulis munitur, quae forin-
secus reclines in summo reddant spatia largiora. ab
eius fronte carpenti breuior est altitudo tabularum.
ibi denticuli plurimi ac rari ad spicarum mensuram
constituuntur in ordine, ad superiorem partem recurui.
a tergo uero eiusdem uehiculi duo breuissimi temones
figurantur uelut amites basternarum. ibi bos capite
in uehiculum uerso iugo aptatur et uinculis, man-
4 suetus sane, qui non modum conpulsoris excedat. hic
ubi uehiculum per messes coepit inpellere, omnis spica
in carpentum denticulis conprehensa cumulatur ab-
ruptis ac relictis paleis altitudinem uel humilitatem
plerumque bubulco moderante, qui sequitur. et ita
per paucos itus ac reditus breui horarum spatio tota
messis inpletur. hoc campestribus locis uel aequali-
bus utile est et his, quibus necessaria palea non
habetur.

1 hoc more fertur *E* || 3 mensis *LV* | abscinditur *as* || 4 cognosces *iacgs* | admaturato *L* || 5 robore *Li* || 7 assumit *E* || 8 facitque *V* || 9 quadraginta *E* | munitur *om. p* || 10 recliues *Ea* || 12 tenticuli *V* (*prior littera* t *in rasura*), dentili *G* || 13 ordinem *iacgs* || 14 At uero *p* | themones *PLVG* || 15 uelid *E*, uel ut amitae sua sternarum *L*, uelut amite sua sternarum V^1, uasternarum *G* || 16 uehiculis *pro* uinculis *E* | mansuetos *L*, mansueti E^1 || 18 dum *pro* ubi *E* | coeperit *p* || 19 tenticulis *V* (*prior littera* t *in rasura*) | abrutis *Q* || 20 et relictis *E* || 22 ictus *E* || 23 expletur *E*, uel in *supra* || 24 iis *acgs*

DE AGRIS PROSCINDENDIS, DE VINEIS OCCANDIS, FODIENDIS, VICIA, FENO GRAECO ET CETERIS COLLIGENDIS.

III Nunc frigidissimis locis, quae maio sunt praetermissa, faciemus. agros aeque proscindemus herbosis et gelidis partibus. uineta occabimus. colligemus uiciam. fenum graecum resecamus ad pabulum. hoc mense locis frigidis peragenda est leguminum messis: itaque lenticulam collectam cineri mixtam bene seruabimus uel uasis oleariis aut salsamentariis repletis statimque gypsatis. 2 nunc et faba luna minuente uelletur, ante lucem sane, et, antequam luna procedat, excussa et refrigerata ponetur. ita gurguliones non patietur infestos. hoc mense lupinus colligetur et, si placuerit, statim seretur ex area: sed longe ab umore est ponendus in horreis. sic enim diutissime custoditur, maxime si granaria eius adflauerit fumus adsiduus.

DE HORTIS.

IIII Hoc mense circa solstitium brassicam seremus, quam inchoante transferamus augusto uel inriguo loco uel pluuia initiante madefacto. apium quoque bene serere poterimus, betas et radices et lactucas et coriandrum, si rigemus.

1 DE AGRIS PROSCINDENDIS. FODIENDIS. DE VITIA. FENUGRECO. LENTICULA. FAVA. LVPINO. COLLIGENDIS. *E* ‖ 3 LENTICULA ET CETERIS *S* | ET CETERIS *om. iac* | recolligendis *ic* ‖ 5 proscindemus. herbosis et gelidis partibus vineta occabimus *s* ‖ 6 locis *pro* partibus *p* | colligimus *G* ‖ 7 resecabimus *acgs*, resecemus *SE* ‖ 8 mensis *V* ‖ 9 utique *F* ‖ 13 excussata *E* | ponatur *omnes* | curculiones *i* ‖ 14 colligitur *omnes* | coll. lupinus *E* ‖ 15 seritur *s* ‖ 16 Si *G* ‖ 20 seremus *om. Q* | transferemus *iacgs* ‖ 22 pluia *Q* | medefacto *Q* ‖ 23 ac radices *E* | et radices et lactucas *om. G* ‖ 24 coliandrum *LQVSF* | si rigemus *om. p*

DE POMIS.

V Hoc etiam mense ramus punici, sicut supra diximus, poterit intra fictile uasculum claudi, ut ad eius magnitudinem poma restituat. nunc pira uel mela, ubi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt quaecumque uitiosa, ut sucus, qui ingrate his possit inpendi, ad meliora uertatur. hoc etiam mense locis
2 frigidis zizyfum serere poterimus. nunc caprificandae sunt arbores fici, sicut in eius narrauimus disciplina. aliqui eas et hoc mense inserunt. locis frigidis persicus inoculatur, palmae planta circumfoditur. hoc mense uel iulio celebratur insitio in pomis, quae inplastratio dicitur. solis arboribus conuenit, quibus pinguis sucus in cortice est, ut ficis et oleis ac simi-
3 libus, ut Martialis dicit, et persico. fit autem sic. ex nouellis ramis et nitidis ac feracibus gemmam, quae bene adparebit sine dubio processura, duobus digitis quadratis circumsignabis, ut ipsa statuatur in medio, et ita subtiliter corticem leuabis acutissimo scalpro, ne gemma laedatur. item ex ea arbore, cui uelimus inserere, similiter cum gemma tolletur inplastrum,
4 nitido tamen atque uberi loco. tunc ibi conuenienter astringitur et pressum circa gemmam uinculis cogitur sine germinis laesione cohaerere, ut ea, quae adpositae redditur, locum gemmae prioris includat. tunc luto superlines et liberam gemmam relinques. ramos superiores eius arboris secabis ac stirpes ac uiginti uno

3 uas sicut diximus claudi *G* ‖ 4 maela *S*, mala *FEia cgs* ‖ 6 posset *omnes* ‖ 7 In hoc *i* ‖ 8 zizyfum *PQS*, zyzyfum *V*, zizifum *EGi*, ziziphum *ceteri* | serre *Q* | aprificandae *V* ‖ 9 narrabimus *V* ‖ 12 uel *om. G* | inpalastratio *F*, emplastratio *edd.* ‖ 13 conuenire *p* ‖ 14 corticem *E* | est *om. E* ‖ 20 gestimus *ps* ‖ 21 tolletur cum gemma *E* | emplastrum *edd.* ‖ 22 Nitidum *E* ‖ 23 et—cogitur *om. Q* ‖ 24 apposita *G* ‖ 25 tum *VSFG*, tamen *p* ‖ 26 super perlinis *i*, super linis *p*, superlinis *ceteri* | relinquis *E* ‖ 27 seca *E* | et ab uno et uiginti *acgs*, et uno *T*

diebus exactis resoluto uimine uinculorum reperies externi seminis gemmam mire in arboris alienae membra transisse.

DE ARMENTIS: IN EO DE CASTRATVRA, DE CASEO, DE TONSVRIS.

Hoc etiam mense uituli recte, ut dictum est ante, VI
castrantur. nunc etiam caseum iure conficimus et oues in frigida regione tondemus.

DE APIBVS.

Hoc mense aluearia castrabuntur, quae matura VII
esse ad mellis redactum signis pluribus instruemur. primum, si plena sunt, apum subtile murmur audimus. nam uacuae sedes fauorum uelut concaua aedificia uoces, quas acceperint, in maius extollunt. quare cum murmuris sonus magnus et raucus est, agnoscimus non esse idoneas ad metendum crates fauorum. item cum fucos, qui sunt apes maiores, a sedibus suis grandi intentione deturbant, matura mella testantur.
castrabuntur autem aluearia matutinis horis, cum 2
torpent apes nec caloribus asperantur. fumus admouetur ex galbano et arido fimo bubulo, quem in pultario factis carbonibus conuenit excitare: quod uas ita figuratum sit, ut uelut inuersi infidubli angusto ore fumum possit emittere. atque ita cedentibus api-

1 repperies *PQV* ‖ 3 transire *Ei* ‖ 4 DE ARMENTIS: IN EO *om. E* | DE CASTRATURIS *E* ‖ 5 TONSORIS *LG*, et tonsuris *c* ‖ 9 DE LEGENDO ET CONFICIENDO MELLE VEL CERA *addit S*, alueariis & reliquis *iac* ‖ 11 ac *E* | reditum *acgs*, redditum *p* | quam pluribus *acg*, (quam) pluribus *s* ‖ 17 a sedibus suis, qui sunt apes maiores *omnes praeter s* ‖ 18 perturbant *i* | mellantur *G* ‖ 20 omnes apes *E* | laboribus *G* | aspernantur *E*, excitantur *p* ‖ 21 alio *pro* arido *L* | bubuli *E* ‖ 22 pulmentario *p* | fictis *G* | carnibus *Q* ‖ 23 uel *pro* utlue *E* | infidibuli *p*, infundibuli *edd.*

bus mella recidentur. ad examinis pabulum hoc tempore pars fauorum debet quinta dimitti. sane putres
3 ac uitiosi faui de aluearibus auferantur. nunc mella conficimus congestis in mundissimum sabanum fauis ac diligenter expressis. sed antequam premamus, partes fauorum corruptas uel pullos habentes recidemus: nam malo sapore mella corrumpunt. mel recens paucis diebus apertis uasculis habendum est atque in summitate purgandum, donec refrigerato musti calore deferueat. nobilius mel erit, quod ante expressionem
4 secundam uelut sponte profluxerit. hoc etiam mense ceram conficimus, quae in uase aeneo feruenti aqua pleno minute concisis fauorum reliquiis mollietur et deinde in aliis uasculis sine aqua resoluta digeretur in formas. nunc, sed mense ultimo, noua egrediuntur examina: custos esse debebit adtentus, quia nouellae apes uagantibus animis iuuentute, nisi seruentur, effugiunt. exeuntia in aditu suo morantur uno aut duobus diebus, quae statim nouis alueariis excipienda
5 sunt. obseruabit autem custos adsiduus usque in octauam uel nonam horam, quia post haec tempora non facile fugere aut emigrare consuerunt, quamuis aliquae statim et procedere et abire non dubitent. signa futurae fugae haec sunt. ante biduum uel triduum acrius tumultuantur et murmurant. quod ubi adposita frequenter aure explorator agnouerit, sollici-
6 tior aduersum haec esse debebit. solent haec signa,

1 recidantur *V* ‖ 2 debet *om. p* | dimittitur *p* ‖ 3 aluearibus *PVFG*, albaribus *L*, albearibus *S*, albeariis *Q*, alueariis *ceteri* ‖ 5 sed *om. E* ‖ 6 uel pullos habentes *om. p* ‖ 8 apertis *om. E* ‖ 9 calore musti more *acg*, calore musti (more) *s* ‖ 14 inde *SE* | digeritur *V*, dirigetur *G*, eligetur *E* ‖ 15 si *pro* sed *Facgs*, sed cum *V* ‖ 16 non debebit esse *E* | attonitus *omnes codices* ‖ 17 apes egrediuntur. et uagantibus *E* | iubent. ut enisi *PLQ*, iuuent ue nisi *V*, iuuentute *om. p* ‖ 18 exeuntia—diebus *om. p* ‖ 19 statim duobus diebus *p* ‖ 22 consueuerunt *FGiacgs* ‖ 27 hoc signi *eodd.*

et cum pugnaturae sunt, facere: quarum pugnam con-
pescit puluis aut mulsae aquae imber aspersus. inest
illi ad originis suae reparandam concordiam dulcis
auctoritas. sed cum se agmina sic pacata in ramo
aut loco quocumque suspenderint, si unius uberis
eductione pendebunt, noris aut unum regem esse uni-
uersis aut reconciliatis omnibus manere concordiam.
si uero duo uel plura ubera suspendens se populus
imitatur, et discordes sunt et tot reges esse, quot
uelut ubera uideris, confitentur. ubi globos apium 7
frequentiores uideris, uncta manu suco melissofilli
uel apii reges requiras. sunt autem paulo maiores
et oblongae magis quam ceterae apes, rectioribus
cruribus neque grandibus pennis, pulchri coloris et
nitidi, leues sine pilo, nisi forte pleniores quasi capil-
lum gerunt in uentre, quo tamen non utuntur ad
uulnus. sunt alii fusci atque hirsuti, quos oportet ex-
tingui et pulchriorem relinqui. qui si frequenter uaga-
tur cum examinibus, ereptis alis reseruetur: hoc enim
manente nulla discedet. sed si nulla nascantur examina, 8
duorum uel trium multitudinem uasculorum in unum
conferre possumus: dulci tamen liquore conspersas
apes atque inclusas per triduum tenebimus adposito
cibo mellis et exigua tantum spiracula relinquemus
in cella. quod si uelis aluearium, cui per aliquam

1 sint *E* | Quarum compescit tumultum puluis *G* | pugna *L* ‖ 2 mulsa aut imber *E* ‖ 3 illis V^2*Fi* ‖ 6 educatione *E* | esse regem *E* ‖ 9 inimicantur S^1 | discordesunt *P* ‖ 10 apum *G*S^1*E* ‖ 11 iuncta *E* | succi *p* | mellis sofilli *PLQV STG*, melisphylli *i*, mellis solsilli *E*, mellis *p*, melissophylli *ceteri* ‖ 12 reges *om. G* ‖ 13 oblonge *LQSTF*, oblongae *GV Eia*, oblongue *P*, oblongi *cgs* ‖ 14 pumis *E* | pulchrioris et *p* ‖ 15 lenes *VFGi* | fronte *pro* forte *p* ‖ 16 gerant *G* ‖ 18 pulchriores *p* | uagantur *p* ‖ 19 eruptis *G*, exemptis *i*, exsectis *a*, exectis *cgs* | reseruentur *p* ‖ 20 nascantur *om. E* ‖ 21 uasculorum multitudinem *acgs* ‖ 23 post triduum *L*, *om. p* | apposito melle *E* ‖ 24 et *om. L* | spiramina *E* ‖ 25 quo di seuelis *P* | uel *pro* uelis *E*

pestem multitudo subducta est, populi adiectione reparare, considerabis in aliis abundantibus ceras fauorum et extremitates, quae pullos habent, et, ubi signum nascituri regis inueneris, cum subole sua recides et
9 in id aluearium pones. est autem hoc regis futuri signum. inter cetera foramina, quae pullos continent, unum maius ac longius uelut uber adparet. sed tunc transferendi sunt, quando erosis cooperculis ad nascendum maturi capita nituntur exerere: nam si inmaturos transtuleris, interibunt. si autem se subitum leuabit examen, strepitu aeris terreatur aut testulae. tunc ad aluearium rediet aut in proxima fronde pendebit: et inde in nouum uas herbis consuetis et melle conspersum manu adtrahatur aut trulla et, cum in eo loco requieuerit, uespere inter alia conlocetur.

DE PAVIMENTIS ET LATERE.

VIII Hoc etiam mense pauimenta faciemus sub diuo et lateres more, quo dixi.

QVALITER FRVCTVVM VENTVRORVM EXPERIMENTA SVMANTVR.

VIIII Graeci adserunt Aegyptios hoc more prouentum futuri cuiusque seminis experiri. aream breuem loco subacto et umido nunc excolunt et in ea diuisis spatiis omnia frumenti uel leguminum semina spargunt. deinde in ortu caniculae, qui apud Romanos quarto-

1 partem *pro* pestem *G* | adiecto ne reparet *E* | reparere *V* ‖ 4 erit *pro* inueneris *p* ‖ 5 id *om.* *E* | reges *L* | futuri regis *iacgs* ‖ 7 et longius *E* | apareat *E* ‖ 8 transferenda *E* | erosis *om.* *E* | operculis *V*, coperculis *F* ‖ 9 exercere *QE* | nam *om.* *G* | iam maturos *G* ‖ 10 subito *V* ‖ 11 sonitu *p* ‖ 12 albarium *P* | redibit *iacgs* ‖ 13 conspersa *GE*, conspersio *V*, consperso *PLQSTFp* ‖ 14 manu *om.* *p* | aut trulla *om.* *p* ‖ 16 LETER *G* ‖ 19 FRVCTVM *Q* ‖ 22 uenturi *E* | in loco *E*, leui *p* ‖ 24 legumina uel frumenti *p* ‖ 25 quae *G*

decimo calendarum augustarum die tenetur, explorant, quae semina ortum sidus exurat, quae inlaesa custodiat. his abstinent, illa procurant, quia indicium noxae aut beneficii per annum futurum generi unicuique sidus aridum praesenti exitio uel salute praemisit.

DE OLEO CHAMAEMELINO.

Per olei libras singulas chamaemeli herbae floren- X
tis auream medietatem, proiectis albis foliis, quibus flos ambitur, unciarum singularum pondus infundes et quadraginta diebus in sole constitues.

DE OENANTHE.

Siluestres uuas, cum florent, sine rore colligimus XI
et expandimus in sole, ne quid restet umoris et flos ad excutiendum siccior adparetur. tunc cribello spisso cernemus, ut grana non transeant, sed flos solus decidat. hunc in melle seruamus infuso et, cum diebus triginta fuerit conditum, temperamus eo genere et more, quo rosatum moris est temperare.

DE ALFITA.

Hordeum semimaturum, cui adhuc superest aliquid XII
de uirore, per manipulos ligabis et torrebis in furno,

1 Calendas Augusti *s* ‖ 3 his abstineant, illa procurent *E* ‖ 4 cuique *V* ‖ 6 Capita X et XI *om. p* | CAMEMELO *PLQG*, CAMELO *VE*, CAMIMELO *S*, camemilleo *i*, chamaemilleo *a*, chamaemeleo *c* ‖ 7 camimelj *PS*, chamimeli *LQVG*, cameli *E*, chamaemillae *a*, camemillae *i*, chamaemelo *ceteri* ‖ 9 infundes *G*, infundis *ceteri* ‖ 11 oenanthiae *V* ‖ 12 colligemus *G* ‖ 13 et *ante* expandimus *om. V* | expandemus *PLVSTFG* | et dum flos *V* ‖ 14 apparet *V* ‖ 15 cernimus *Viacgs* ‖ 16 Hoc *E* | seruemus *E* | in diebus *P* ‖ 17 eo *om. i*, quo genere *E* ‖ 18 quo *om. E* ‖ 19 DE Alfica *i*, De alica *ac* ‖ 20 seminaturum *LQ*, seminarium *G* ‖ 21 forno *G*

ut facile mola possit infringi, et in modio uno salis aliquantum, dum molitur, miscere curabis ac seruabis.

DE HORIS.

XIII Iunius ac iulius horarum sibi aequa spatia contulerunt.

Hora	I	pedes	XXII,
hora	II	pedes	XII,
hora	III	pedes	VIII,
hora	IIII	pedes	V,
hora	V	pedes	III,
hora	VI	pedes	II,
hora	VII	pedes	III,
hora	VIII	pedes	V,
hora	VIIII	pedes	VIII,
hora	X	pedes	XII,
hora	XI	pedes	XXII.

1 mola *om. L*, possit mola *hab. E* ‖ 2 seruas *PLQVSTFia*, serues *GE* ‖ Per olei libras singulas cani mellae herbae florantis auream medietatem *addit E* ‖ 7 pedes VII *V* ‖ 10 pedes IIII *VGE* ‖ 16 pedes XXIII *i*

LIBER OCTAVVS
SIVE
MENSIS IVLIVS.

TITVLI.

1 LIBER—IVLIVS *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS IVLII *codices et iags*, TITVLI—horis *om. c* ‖ 5 I De iterandis—horis *om. E* | tricea *Q* ‖ 7 puluerandis *om. Q* ‖ 8 atripice *G* | 9 acimo *G* ‖ 12 meloci treo *V*, malo *ags* ‖ 16 scyllite, scillite *codices* ‖ 17 hidromelli, idromelli, hydromelli, ydromelli *codices* ‖ 18 acete *G* | scilletico, scylletico *codices*, scillitico, scyllitico *editiones* ‖ 19 synapi *V*, sinapi *SE et editiones* ‖ 21 MENSIS IVLIVS *addunt codices* (*praeter E*) *et i*

DE ITERANDIS AGRIS, DE MESSE TRITICEA, DE EXTIRPANDIS VEPRIBVS ET FILECTIS, DE ARBORIBVS OPERIENDIS, DE PVLVERANDIS NOVELLIS.

I Hoc mense agri, qui aprili proscissi fuerant, circa calendas iterentur. nunc locis temperatis tritici messis expletur more, quo dictum est. siluestres agri utillime extirpabuntur arboribus atque uirgultis, cum luna decrescit, desectis radicibus atque conbustis. hoc mense arbores, quae in messe steterant, sectis messibus obruantur adgestione terrarum propter nimios solis ardores. opera una uiginti maximas obruet. nunc et nouellae uites mane et uespere iam calore deposito effodi debent et auerso gramine puluerari. hoc mense utiliter uel ante caniculares dies filices extirpabis et caricem.

DE HORTIS.

II Hoc etiam mense cepullas serimus inriguis aut frigidis locis et radices et atriplicem, si rigare possimus, et ocimum, maluas, betas, lactucas et porros rigandos. hoc mense loco inriguo napos seremus et rapa solo putri et soluto nec spisso. locis umidis laetantur et campis. sed napus in sicco et prope tenui

1 MENSE *G* | TRICEA *Q* ‖ 2 filicetis *a* ‖ 3 DE *om. omnes praeter S* | PVLVERANDIS *om. ia* | DE AREA PARANDA *pro* DE ITERANDIS—NOVELLIS *E* ‖ 5 Iulio mense *acgs* | Aprili mense *E* ‖ 6 iterantur *cgs* | mensis *PL* ‖ 7 quod *L* | uberrime *V*, utilissime *acgs* ‖ 8 exstyrpabuntur *V*, extirpentur *p* | 9 defectis *V* ‖ 10 arbores *om. E* | inmesses *V* ‖ 11 aggrestione *E* | nimias *G* ‖ 13 Et nunc *G* ‖ 15 felices *L* ‖ 16 exstyrpabis *V* ‖ 18 etiam *om. p* | ac *pro* aut *Gacgs* ‖ 19 radicem *acg* | et atr.—ocimum *om. p* | et *ante* atr. *om. i* | atriplice *G* | possumus *TEiacgs* ‖ 21 rigamus *p* | riguo *PLSEG* ‖ 22 putrido *E*, puro *i* | (Rapa) locis *s*

atque deuexo et sabuloso melior nascitur. loci pro- 2
prietas utrumque semen in alterum mutat. nam rapa
in alio solo per biennium sata mutantur in napos:
alio uero napus transit in rapa. subactum solum ster-
coratum uersatumque conquirunt, quod et ipsis et
segetibus proderit, quae ibi anno eodem seruntur.
iugero raporum quattuor sextarii, napi autem quin-
que sufficiunt. si spissa sunt, interuelles aliqua, ut 3
cetera roborentur. ut uero semina maiora redigantur,
eruta rapa foliis omnibus purgabis et ad dimidii
digiti crassitudinem in caule succides. tunc in sulcis
diligenter subactis octonis digitis separata obrues et
inicies terram et calcabis. ita magna nascentur.

DE POMIS.

Hoc etiam mense inplastratio celebrari potest, III
sicut ante demonstraui, et pirus uel malus locis umidis
nunc insita me explorante processit. hoc etiam mense
in pomis serotinis, quae ubertate nimia ramos onera-
uerunt, sicut praedixi, interlegenda sunt, si qua uitiosa
reppereris, ut arboris sucum uertamus ad meliorum
nutrimenta pomorum. nunc citri taleam loco inriguo, 2
frigidis regionibus plantasse me memini et cotidianis
animasse liquoribus, quae et nascendo et adserendo
uotum felicitatis aequauit. hoc tempore locis umidis
inoculari ficus et inseri citreum potest, mense iam

1 melius *SE* | nascitur melior *G* ‖ 2 mutatur *i* ‖ 3 sata *om. E* ‖ 4 rapum *acgs*, rapam *i* | temperatum *pro* stercoratum *E* ‖ 7 sextaria *Q*, sestaria *i* ‖ 8 sint *G* | inter se uelles *V* ‖ 9 maiora semina *E* | redigantur maiora *G* ‖ 10 purgas *PLQVGSETFi* ‖ 13 inicis *PQVSETFi* | in cisternam *pro* inicies terram *L* calcibus proculcas *p* | nescentur *P*, nascetur *G* ‖ 14 DE POMIS IN EO *E* ‖ 15 implastratio *i*, emplastratio *acgs* ‖ 16 prius *P*, pyrus *V* ‖ 19 legenda *p* ‖ 20 meliora *E* ‖ 21 nunc tratalem *Q*, nunc etiam taleam *i* ‖ 22 me plantasse *iacgs*, me *om. E* | et *om. GE* ‖ 24 felicitatibus *E* | aequabit *PLQVFGi*, aequant *E* ‖ Hoc mense *E* | hoc tempore — circumfodi *om. p* ‖ 25 citrius *acgs*

medio palmae planto circumfodi. nunc locis temperatis amygdala matura sunt ad legendum.

DE ARMENTIS.

IIII Hoc tempore maxime tauris summittendae sunt uaccae, quia decem mensum partus sic poterit maturo uere concludi: et certum est eas post uernam pinguedinem gestientes ueneris amare lasciuiam. uni tauro quindecim uaccas Columella adserit posse sufficere curandumque, ne concipere nequeant nimietate pinguedinis. si abundantia pabuli est in regione, qua pascimus, potest annis omnibus in feturam uacca summitti: si uero indigetur hoc genere, alternis temporibus onerandae sunt maximeque, si eaedem uaccae alicui operi
2 seruire consuerunt. hoc mense arietes candidissimi eligendi et admittendi sunt mollibus lanis, in quibus non solum corporis candor considerandus est sed etiam lingua: quae si maculis fuscabitur, uarietatem reddet in subole. de albo plerumque nascitur coloris alterius: de fuscis numquam, sicut Columella dicit, potest albus creari. eligemus arietem altum, procerum, uentre promisso et lanis candidis tecto, cauda longissima, uelleris densi, fronte lata, magnis testibus, aetatis trimae, qui tamen usque in octo annos
3 potest utiliter inire. femina debet bima summitti, quae usque in quinquennium feturae necessaria est,

1 colligenda *pro* circumfodi *p* || 2 amigdala *S* || 3 IN EO ET GREGIBVS *addit E* || 4 maxime *om. p* | tauris *om. E* | summittendae sunt tauris uaccae *S*, mittendae *E* || 5 mensium *VSTEGiacgs* | sic *om. p* | maturando *E* || 10 papuli *Q* | de qua *L* || 11 omnibus annis *E* | futurum *G* || 12 indignent *E* || 13 si *om. G* || 14 consueuerunt *Eiacgs* || 15 et mollibus *E* || 16 splendor *p* || 17 linguae *SE* | masculis *E* || 18 reddit *omnes* | quoque plerumque *E* || 19 namque *pro* numquam *p* || 20 album. altum *E* || 21 promissis *E*[1], prominente *E*[2] | candidissimis *G* | tectum. longissima cauda *E* || 23 primae *PLQV SETFGi* || 24 bima *om. E* || 25 usque ad *E* | foetura *G*

anno septimo deficit. eligenda est uasti corporis et prolixi uelleris ac mollissimi, lanosi et magni uteri. sed prouidendum est in hoc genere, ut pabuli ubertate saturetur et longe pascatur a sentibus, qui et lanam minuunt et corpus incidunt. admittendi sunt 4 mense iulio, ut nati ante hiemem conualescant. Aristoteles adserit, si masculos plures creari uelis, admissurae tempore siccos dies et halitum septemtrionis eligendum et contra eum uentum greges esse pascendos: si feminas generari uelis, austri captandos flatus et in eum pascua dirigenda ac sic ineundas matres. mortuarum uel uitiosarum numerus nouella subole reparetur. autumno debiles quaeque pretio mutentur, 5 ne eas inbecillas hibernum frigus absumat. aliqui duobus ante mensibus arietes a coitu reuocant, ut facem libidinis augeat dilatio uoluptatis. quidam coire sine discretione permittunt, ut hoc eis genere per annum totum fetura non desit.

DE EXTIRPANDO GRAMINE.

Hoc mense, cum sol cancri tenebit hospitium, luna V sexta in capricorni signo posita gramen ablatum Graeci adserunt nihil de radicibus redditurum. item si bidentes cyprei fiant et sanguine tingantur hircino et post fornacis ardores non aqua sed eodem sanguine temperentur, per eos erutum gramen extingui.

3 est *om.* *SE* ‖ 5 muniunt *Q* | incidunt custodiende sunt *E* ‖ 6 Arestotiles *G* ‖ 8 tempora *T* | sic custodies *PQVSTE*, si custodies *L* | alitum *PQV*, aliquantum *F*, alitum tempore *E* ‖ 9 eligendum est. et *E* ‖ 10 creare uelis et generare *E* | austeri *PQ* | captandisunt flatus *V* ‖ 11 ac sicine undas matres mortuorum uel uitiorum *V* | si *pro* sic *G* ‖ 12 ut mort. *Tiac*, [ut] mort. *gs* | uel initiaturum *p* | nouella *om.* *p* ‖ 13 quoque *G* ‖ 15 acoitu ire uocant *PL* ‖ 16 faciem *E* ‖ 21 capricorno *E*, capricornu *G* | posita *om.* *E* | gratiam *E*[1] ‖ 22 redituram *TEiacg* ‖ 23 tinguantur *PLQVT*

DE VINO SCILLITE.

VI Hoc mense uinum scillite sic facimus. scillam de montanis aut maritimis locis sub ortu canicularium lectam procul a sole siccamus. ex hac in uini amfora unius librae mensuram mittimus, incisis tamen ante superfluis et abiectis foliis, quibus pars extrema uallatur.
2 quidam uelamina ipsa filo inserta suspendunt, ut uino infusa mergantur et non admixta fecibus post quadraginta dierum spatium serta, quae adpensa sunt, auferantur. hoc uini genus tussi resistet, uentrem purgabit, flegma dissoluet, splenicis proderit, acumen praestabit oculorum, concitabit digestionis auxilia.

DE HYDROMELLI.

VII Inchoantibus canicularibus diebus aquam puram pridie sumis ex fonte. in tribus aquae sextariis unum sextarium non despumati mellis admiscebis ac diligenter per carenarias diuisum quinque horarum spatio continuo per inuestes pueros curabis agitare uasa ipsa concutiens. tunc quadraginta diebus ac noctibus patieris esse sub caelo.

1 SCYLLITE *G*, SQVILLITICO *E*, scyllite *i* ‖ 2 scyllite *PLV*, scillitae *G*, scytille *F*, sollicite *E* | scyllam *PQVST*, squillam *EG* ‖ 3 ortum *G* | canicularum *E*, Canicularum *iacgs* ‖ 4 lectam *om. omnes praeter Gas*, [lectam] *hab. cg* | et ex hac *E* | amphoram *Facgs* ‖ 5 recisis *s* | ante tamen *iacgs*, ante *om. p* ‖ 6 uelatur *Fcgs* ‖ 7 ipsa *om. p* | initio *pro* uino *E* ‖ 8 inserta *pro* infusa *p* ‖ 10 resistit *V* | per uentrem *G* ‖ 11 flecma *P* | dissoluit *PLQVSETF* | flecma *P*, flegma dissoluet *om. p* | spleneticis *STEiacgs*, spleniticis *G*, spenetiori *p* ‖ 12 praebebit *E* ‖ 13 YDROMELLI *PQLVS TFG*, YDROMELLE *E*, hydromelli *acgs* ‖ 14 Incohantibus *E* ‖ 15 sextariis unum *om. Q* ‖ 16 dispumati *omnes praeter s* | admiscis *PLQVSTF*, admisces *EGiacgs* | et *pro* ac *E* ‖ 17 per carenarias *om. p* | cauernas *E*

DE ACETO SCILLETICO.

Scillae albae crudae proiectis duris atque ex- VIII
trinsecus positis omnibus teneram medietatem ad
libram et sex uncias per minutas partes recides et in
aceti acerrimi duodecim sextariis merges. uas signa-
tum quadraginta diebus patieris esse sub sole. post
abiecta squilla acetum diligentius excolabis et in bene
picata uasa transfundes. aliud acetum digestioni et 2
saluti accommodum. squillae dragmas octo, aceti
sextarios triginta mittes in uasculo et piperis unciam
unam, mentae et casiae aliquantum et post tempus
uteris.

DE SENAPI.

Senapis semen ad modum sextarii unius et VIIII
semis redigere curabis in puluerem, cui mellis pondo
quinque, olei hispani unam libram, aceti acris unum
sextarium miscebis et tritis omnibus diligenter uteris.

DE HORIS.

Iulii et iunii horas par mensurarum libra con- X
posuit.

1 SCYLLETICO *PLQVGS*, SQVILITICO *E*, scyllitico *a*, DE Vnio scyllitico *i* ‖ 2 Squillae *omnes* ‖ 6 et quadraginta *Qi* | sub celo *E* ‖ 7 squilla *omnes* ‖ 8 picato uase *acg* | digestionis *G* ‖ 9 squillae *omnes* ‖ 10 mittis *omnes* ‖ 11 mentam *L*, menta *PQ* | cassiae *PLQVGE* | aliquantulum *E* | post [aliquod] tempus *cgs* ‖ 13 SINAPE *S*, Synapi *i*, SINAPI (sinapi) *codices recentiores et ceterae editiones* ‖ 14 Senapis *PLQT*, Sinapis *ceteri* ‖ 15 simiciculi *PLQF*, simiculi S^{1}*E*, semicirculi *G*, simicirculi *T*, semiciculi *i*, feniculi *V* | reddere *E* | cui *om. i*, cum *hab. F* | pondo *om. F* ‖ 16 oleis. pani *PLQ*, oleis hispani *V*, olei spani *G*, olei ispani *E*, olei Panis *p* | libram unam *SE* | agris *L* ‖ 17 miscis *PLQGS*, misces *ETiacgs* ‖ 19 Iuli *PVF*, Iulii mensis *E* | iuni *PVF* | per mensuram *G* | conponsuit *G*

Hora	I	pedes	XXII,
hora	II	pedes	XII,
hora	III	pedes	VIII,
hora	IIII	pedes	V,
hora	V	pedes	III,
hora	VI	pedes	II,
hora	VII	pedes	III,
hora	VIII	pedes	V,
hora	VIIII	pedes	VIII,
hora	X	pedes	XII,
hora	XI	pedes	XXII.

5 pedes IIII E^{2}.

LIBER NONVS

SIVE

MENSIS AVGVSTVS.

TITVLI.

I De agris exilibus arandis, de adparanda uindemia, de occatione uinearum locis frigidis.
II De exili et misera uinea reficienda.
III De pampinandis et obumbrandis uitibus et extirpandis carectis atque filectis.
IIII De urendis pascuis.
V De hortis: in eo de rapa et napo, de radice cum disciplina sua, de pastinaca.
VI De pomis.
VII De apibus.
VIII De aqua inuenienda.
VIIII De puteis.
X De aqua probanda.
XI De aquae ductibus.
XII De mensuris et ponderibus fistularum.
XIII De omfacomelli.
XIIII De horis.

1 LIBER—AVGVSTVS *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS AVGVSTI *codices et iags*, TITVLI—horis *om. c* ‖ 5 I De agris—horis *om. E* ‖ 9 filicetis *a* ‖ 19 fistularum *om. gs* ‖ 20 onfaco melli *codices*, omphacomelli *ia*, confecto melle *gs* ‖ 22 MENSIS AVGVSTVS *addunt codices praeter E et i*

DE AGRIS EXILIBVS ARANDIS, DE ADPARANDA VINDEMIA, DE OCCATIONE VINEARVM LOCIS FRIGIDIS.

I Hoc mense ultimo circa calendas septembres ager planus, umidus, exilis incipiat exarari. nunc maritimis locis uindemiae adparatus urgetur. hoc etiam mense locis frigidissimis occatio uinearum est.

DE EXILI ET MISERA VINEA REFICIENDA.

II Hoc tempore, si terra exilis in uinea est et uinea ipsa miserior, tres uel quattuor lupini modios in iugero sparges atque ita occabis. quod ubi fruticarit, euertitur et optimum stercus praebet in uineis, quia laetamen propter uini uitium non conuenit inferre uinetis.

DE PAMPINANDIS ET OBVMBRANDIS VITIBVS ET EXTIRPANDIS CARECTIS ATQVE FILECTIS.

III Nunc locis frigidis pampinatur, locis uero ardentibus ac siccis obumbratur potius uua, ne ui solis arescat, si aut uineae breuitas aut facultas permittit operarum. hoc etiam mense extirpare possumus carecta atque filecta.

1 EXILIBVS—FRIGIDIS *om. E* ‖ 4 Augusto mense *acgs* | septembris *PLSTFEGcg* ‖ 6 uineae *p* | urguetur *L* ‖ 7 est *om. FG*, fit *acgs* ‖ 8 ET MISERA *om. E* ‖ 11 seres *p*, spargis *ceteri* | fructicarit *P*, fructisarit *F*, frutificarit *T*, frutificauerit *Ei*, fruticauerit *acgs* ‖ 12 euertatur *i* ‖ 13 uim *p*, pro uini uitio *E* ‖ 14 uineis *E* ‖ 15 PANPINANDIS & OBRANDIS *G* ‖ ET OBVMBRANDIS *om. E* ‖ 16 ET EXTIRP.—FILECTIS *om. E* | filicetis *a* ‖ 17 Tunc *E* | ferventibus *iacgs* ‖ 19 uneae *P* ‖ 20 operarum permittit *iacgs* | exstyrpare *V* ‖ 21 filiceta *a*

DE VRENDIS PASCVIS.

Nunc urenda sunt pascua, ut et altorum fruti- IIII
cum festinatio reprimatur ad stirpes et incensis aridis
noua laetius herba succedat.

DE HORTIS.

Hoc etiam mense ultimo siccis locis rapa et napus V
serenda sunt hac ratione, qua dictum est. hoc mense
ultimo locis siccioribus radices seruntur, quae hieme
sui usum ministrent. amant terram pinguem, solutam
et diu subactam, qualem rapa. tofum et glaream refor-
midant. gaudent caeli statu nebuloso. serendae sunt
spatiis grandibus et alte fossis. meliores proueniunt 2
in harenis. serantur post nouam pluuiam, nisi forte
possint rigari. quod satum est, statim debet operiri
leui sarculo. iugerum duo sextarii uel, ut quidam,
quattuor, cum seruntur, inplent. laetamen non est
ingerendum, sed potius paleae, quia inde fungosae
sunt. suauiores fiunt, si eas aqua salsa frequenter
aspergas. radices feminini generis putantur, quae
minus acres sunt et habent folia latiora, leuia et
cum iucunditate uirentia. ex his ergo semina collige-
mus. maiores fieri creduntur, si sublatis omnibus 3
foliis et solo tenui caule dimisso saepe terris operian-

2 Tunc *E* | sunt arida *p* | ut *om. E* | alterum *QG* | fructicum *E* || 3 ad stirpes *om. p* || 4 lacius *F* | herba *om. acg* | succedant *acg* || 6 ultimo *om. p* | napa et napus *E* || 7 ante dictum est *as*, [ante] dictum est *cg* || 9 pinguem terram *E* || 10 et *ante* diu *om. EG* | Tophum *V* || 14 possint forte *iacgs* | possit *T* || 16 inplebunt (implebunt) *i et codices praeter G* || 18 sola *pro* salsa *p* || 20 accrescunt et *p* | leuiora *Qi*, leniora leuia *F*, folia linia. cum *E*, et leuia *a*, [et] leuia *cgs*, *om p* || 21 iocunditate *PLVETF*, iocumditate *Q* | colligimus *G* || 22 ablatis *V*

tur. si ex nimis acri dulcem fieri uelis, femina die et nocte melle macerabis aut passo. rafanum tamen sicut brassicam constat esse uitibus inimicam. nam si circa se serantur, natura discordante refugiunt. hoc etiam mense pastinacas seremus.

DE POMIS.

VI Etiam nunc inplastrantur arbusta. pirum nunc plerique inserunt et locis inriguis arborem citri.

DE APIBVS.

VII Hoc mense crabrones molesti sunt alueariis apium, quos persequi ac necare debemus. nunc etiam, quae iulio non occurrimus, exequamur.

DE AQVA INVENIENDA.

VIII Nunc si deerit aqua, eam quaerere ac uestigare debebis, quam taliter poteris inuenire. ante ortum solis his locis, quibus aqua quaerenda est, aequaliter pronus mento ad solum depresso iacens in terra spectabis orientem et, in quo loco crispum subtili nebula aerem surgere uideris et uelut rorem spargere, signo aliquo uicinae stirpis aut arboris praenotabis. nam constat siccis locis, ubi hoc fiet, aquam latere. sed terrarum genus considerabis, ut possis uel de

1 acra *omnes* || 2 ac nocte *E* | Raphanum *LVEFiacgs* || 3 inimicum *Ea* || 5 etiam *om. E* | pastinacam *E* || 7 emplastrantur *acgs* | nec *pro* nunc *p* || 8 nutriri *pro* citri *p* || 10 scrabones *E*, crabones *i* | infesti *p* | apum *TGiacgs* || 12 excurrimus *Gac*, occurrimus facere *ps* || 13 INUESTIGANDA INUENIENDA *S* || 14 Tunc *E* | eam *om. E* | inuestigare debes *E* || 16 solis ortum *T* | iis *acgs* | solis *pro* locis *G* || 17 terram *E* || 19 uidebis *iacgs* | uelud *E*, et uelut—uiridi (*12, 18, 1*) *om. Q* (*cf. praef.*) | rorem *om. G* || 21 fuerit *E* || 22 terram *F*, terrae *E*

tenuitate uel de abundantia iudicare. creta tenues nec 2
optimi saporis uenas creabit, sabulo solutus exiles, in-
suaues, limosas et spatio altiore summersas: nigra
terra umores et stillicidia non magna ex hibernis
imbribus et liquore collecta sed saporis egregii, glarea
mediocres et incertas uenas sed suauitate praecipuas,
sabulo masculus et harena et carbunculus certas et
ubertate copiosas. in saxo rubro bonae et abundantes
sunt. sed prouidendum est, ne inuentae inter rimas 3
refugiant et per interuenia dilabantur. sub radicibus
montium et in saxis silicibus uberes, frigidae, salubres,
locis campestribus salsae, graues, tepidae, insuaues.
quarum sapor si optimus fuerit, noueris eas sub terris
exordium de monte sumpsisse: sed in mediis campis
montanorum fontium suauitatem sequentur, si umbran-
tibus tegantur arbustis. sunt et haec signa uestigandae 4
aquae, quibus tunc credimus, si neque lacuna est neque
aliquis ibi ex consuetudine umor insidet aut praeterit.
iuncus tenuis, salix siluatica, alnus, uitex, arundo,
edera ceteraque, si qua umore gignuntur. locus ergo, 5
ubi praedicta signa reppereris, fodiatur latitudine pedi-
bus tribus, altitudine pedibus quinque et proxime solis
occasum mundum uas ibi aereum uel plumbeum in-
terius unctum inuersum ponatur in solo ipsius fos-
sionis. tunc supra fossae labra crates facta de uirgis
ac frondibus additaque terra spatium omne cooperiat.
sequenti die aperto loco, si in eodem uase sudores 6
intrinsecus inuenientur aut stillae, aquas ibi esse non

2 creauit *PLVF* | Sabulos E^{2} | solutas *V* || 5 glareae *PLSTE*^{1}*G* || 6 praecipua *PLVSTFE* || 7 Sabulos E^{2} || 8 bene *E* || 9 in uentre *p* || 10 interuenias *V* || 14 sumpsissae *G* || 15 sequuntur *Ti*, consequentur *acgs* || 16 uestiganda *E* || 17 aquae *om. E* || 18 insideat *E* || 19 si siluatica *G* | alnus—signa *om. G* | uitex *om. p* || 20 Locis *p* | uero *pro* ergo *E* || 21 supradicta *iacgs* | reperis *i* || 22 et ad proxime E^{2} || 23 ibi uas *E* || 25 fosse *PLFT*, fossa *Gg* | libra *PLG* | crate *acgs* | uirgultis *E* || 26 coperiat *PLV*^{1}*F*, cohoperiat *E*, cooperiatur *acgs* || 28 intrinsecus *om. p*, *incl. s* | inueniantur *p* | aquam *SE*

dubites. item si uas figuli siccum neque coctum eadem
ratione ponatur ac similiter operiatur: altero die, si
aquarum uena est, in praesenti uas concepto umore
soluetur. item uellus lanae aeque positum uel cooper-
tum, si tantum colligit umoris, ut alia die fundat
7 expressum, copias inesse testabitur. item lucerna oleo
plena et incensa, si ibi similiter tecta ponatur et
secuto die inueniatur extincta superantibus alimentis,
aquas idem locus habebit. item si in eo loco focum
feceris et terra uaporata umidum fumum nebulosum-
que ructauerit, aquas inesse cognosces. his itaque
repertis certa signorum firmante notitia puteum fodies
et aquae caput requires uel, si plura sunt, in unum
colliges. tamen maxime sub radicibus montium in
septemtrionali parte quaerendae sunt aquae, quia in
his locis magis abundant utilioresque nascuntur.

DE PVTEIS.

VIIII Sed in fodiendis puteis cauendum est fossorum
periculum, quoniam plerumque terra sulfur, alumen,
bitumen educit, quorum spiritus mixti anhelitum pestis
exhalant et occupatis statim naribus extorquent ani-
mas, nisi quis fugae sibi uelocitate succurrat. prius
ergo quam descendatur ad intima, in eis locis lucer-
nam pones accensam. quae si extincta non fuerit,
periculum non timebis: si uero extinguetur, cauendus
2 est locus, quem spiritus mortifer occupauit. quod si
alio loco aqua non potest inueniri, dextera laeuaque

2 altero uero *Gas*, altero [uero] *cg* ‖ 3 est in praesenti, vas *s* | concepto humore uas *E* ‖ 4 et coopertum *s* ‖ 6 copiosas esse *E* ‖ 7 accensa *acgs* | sibi *pro* si ibi *LF*, *om.* *V* ‖ 8 secundo *G*, sequenti *E* | elementis *i* ‖ 9 eodem *SE* ‖ 10 uaparata *G* ‖ 11 cognoscis *PLVGSETFi* ‖ 13 requiris *SE* ‖ 16 utiliores. quae *V* ‖ 17 DE PVTANDIS *V* ‖ 18 defodiendis *G* ‖ 19 sulfura. lumen *V*, sulphur. alumen *G* ‖ 20 hanelitum *i* ‖ 21 naribus statim *SE* ‖ 23 ultima *E* ‖ 24 ponis *omnes* ‖ 25 extinguatur *Ei* ‖ 26 occupabit *omnes* ‖ 27 dextra *Ea*

puteos fodiemus usque ad aquae ipsius libramentum et ab his foramina hincinde patefacta uelut nares intro agemus, qua nocens spiritus euaporet: quo facto latera puteorum structura suscipiat. fodiendus est autem puteus latitudine octo pedum quoquouersum, ut binos pedes structura concludat: quae structura uectibus ligneis subinde denseatur et structa sit lapide toficio uel silice. si aqua limosa fuerit, salis admixtione 3
corrigetur. sed dum fodiatur puteus, si terra non stabit uitio generis dissoluti aut umore laxabitur, tabulas obicies directas undique et eas transuersis uectibus sustinebis, ne fodientes ruina concludat.

DE AQVA PROBANDA.

Aquam uero nouam sic probabis. in uase aeneo X
nitido spargis, et si maculam non fecerit, probabilis iudicetur. item decocta aeneo uasculo, si harenam uel limum non relinquet in fundo, utilis erit. item si legumina cito ualebit excoquere uel si colore perlucido carens musco et omni labe pollutionis aliena. sed qui in alto sunt putei, perforatis usque ad infimam partem terris ad loca inferiora possunt uice fontis exire, si uallis subiectae natura permittat.

DE AQVAE DVCTIBVS.

Cum uero ducenda est aqua, ducitur aut forma XI
structili aut plumbeis fistulis aut canalibus ligneis

3 intus *iacgs* | nocens intro spiritus *L* || 4 latera *om. E* | suscipiet *E* || 5 puteus *om. E* | latitudine. V. pedum *i* || 6 concludet *L* || 7 densatur *G*, densentur *p*, densetur *ETiacgs* | stricta *V* || 8 tofacio *acgs* | sit *p* || 9 corrigitur *codd. et i*, corrigatur *acgs* | foditur *iacgs*, fodietur *SE* || 12 sustinebis *om. G* || 13 INVENTA *ins. E* || 14 uaso *P* | 17 reliquid *G*, reliquit *E*, relinquit *ceteri* | est *E* || 18 exquoquere *PLE* | colore *om. E* || 19 labae *G* || 20 fimam *L*, ultimam *i* || 25 fictili uel structili *E*

aut fictilibus tubis. si per formam ducetur, solidandus est canalis, ne per rimas aqua possit elabi: cuius magnitudo pro aquae mensura facienda est. si per planum ueniet, inter centenos uel sexagenos pedes sensim reclinetur structura sesquipedem, ut uim possit
2 habere currendi. si qui mons interiectus occurrerit, aut per latera eius aquam ducemus obliquam aut ad aquae caput speluncas librabimus, per quas structura perueniat. sed si se uallis interserat, erectas pilas uel arcus usque ad aquae iusta uestigia construemus aut plumbeis fistulis clausam deici patiemur et explicata ualle consurgere. sed, quod est salubrius et utilius, fictilibus tubis cum ducitur, duobus digitis crassi et ex una parte reddantur angusti, ut palmi spatio unus in alterum possit intrare: quas iuncturas uiua calce
3 oleo subacta debemus inlinere. sed antequam his aquae cursus admittitur, fauilla per eos mixta exiguo liquore decurrat, ut glutinare possit, si qua sunt uitia tubulorum. ultima ratio est plumbeis fistulis ducere: quae aquas noxias reddunt. nam cerussa plumbo creatur adtrito, quae corporibus nocebit humanis. diligentis erit aquarum receptacula fabricari, ut copiam uel inops uena procuret.

1 fictibus *PV* ‖ 2 possit aqua *E* ‖ 4 sexagenos uel centenos *acg* ‖ 5 in sesquidem *Gacgs* ‖ 6 quis *Eiacg* ‖ succurrerit *PLGT* ‖ 7 ad *om.* *G* ‖ 8 in speluncas *G* | per quarum structuram *acgs* ‖ 9 conueniat *i* | se *om.* *G* | intersit. erectos pilos *V* ‖ 10 conseruemus *E* ‖ 11 et *om.* *i* ‖ 13 si fict. *E*² | conducitur *Ep* ‖ 14 acuti *p* ‖ 16 subacto *V* | illinire *S*¹*TEG iacgs* | in iis *acgs*, is *i* ‖ 17 admittatur *EGiacgs* | per eos *om.* *p* | et exiguo *V* ‖ 18 glutinari *G* | tabulorum *PL*, tabularum *G*, tuborum *iacgs* ‖ 19 plumbeas fistulas *E* ‖ 20 cerossa *PLF*, caerosa *V*, cerusa *Eiacgs* ‖ 21 nocet *acgs*

DE MENSVRIS ET PONDERIBVS FISTVLARVM.

Mensura uero fistularum plumbo seruetur huius- XII modi. centenaria decem pedum mille ducentas libras habeat, octogenaria octingentas quadraginta, quinquagenaria similiter decem pedum pondo sescenta octoginta, quadragenaria pondo sescenta octoginta, tricenaria pondo quadringenta quinquaginta, uicenaria pondo ducenta quadraginta, octonaria pondo centum.

DE OMFACOMELLI.

In uuae semiacerbae suci sextariis sex, mellis XIII triti fortiter duos sextarios debebis infundere et sub solis radiis diebus quadraginta decoquere.

DE HORIS.

Augustum maio par solis cursus aequauit. XIIII

Hora	I	pedes	XXIII,
hora	II	pedes	XIII,
hora	III	pedes	VIIII,
hora	IIII	pedes	VI,

1 PONDERIS *PVG* ‖ 4 Centeria *T* | pedes *p* ‖ 5 octingentis. XL *Ei*, noningentas LX *acgs* | Quadragenaria *pro* quinquagenaria *T* ‖ 6 pondo *om. E* | centum *pro* sescenta *F* ‖ 7 octoginta *om. acgs* | quadragenaria pondo sescenta octoginta *om. i* | quadringenta LXXX *pro* sescenta octoginta *acgs* ‖ 8 quinquagenaria pondo DC *ins. ante* tricenaria *p* | quadringenta *om. i* | trecenta sexaginta *pro* quadr. quinquag. *cgs*, tricenta sexag. *a* ‖ 9 nonaginta sex *pro* centum *acgs* 10 ONFACO MELLI *PLVGS*, OMFACO MELLI *ET*, Omphacomelli *i*, omphacomelli *a* ‖ 11 Ianuae *G* ‖ 13 dequoquere *PL*, quoquere *G*, derelinquere *p* ‖ 15 mario *F* | aequabit *VG* ‖ 16 Hora I habet pedes XXII *E*

hora	V	pedes	IIII,
hora	VI	pedes	III,
hora	VII	pedes	IIII,
hora	VIII	pedes	VI,
hora	VIIII	pedes	VIIII,
hora	X	pedes	XIII,
hora	XI	pedes	XXIII.

3 pedes III *i* ‖ 7 XXII *E*

LIBER DECIMVS
SIVE
MENSIS SEPTEMBER.

TITVLI.

1 LIBER — SEPTEMBER *om. codd.* || 4 TITVLI MENSIS SEPTEMBRIS *codices et iags*, TITVLI — horis *om. c* || 5 I De agris — horis *om. E* || 6 et de stercorando *g*, [et] de stercorando *s* || 7 hordeo *G* || 15 et *om. i, incl. s* || 17 grego *G* || ferragine *G* || 18 ut *pro* et *ia* || 23 panicio *gs* || 24 aucupis *VG*

DE AGRIS PINGVIBVS TERTIANDIS VEL INPLENDIS EXILIBVS, DE STERCORANDO.

I Hoc mense, ager pinguis et qui diu tenere consueuit umorem, tertia uice arabitur, quamuis umido anno possit et antea tertiari. nunc ager umidus, planus, exilis, quem primo augusto arari diximus, iteratur ac seritur. graciles cliui nunc primum arandi
2 sunt et serendi statim circa aequinoctium. agri nunc stercorandi sunt, sed in colle spissius, in campo rarius laetamina disponentur, cum luna minuitur: quae res si seruetur, herbis officiet. uni iugero adserit Columella uiginti quattuor stercoris carpenta sufficere, in plano uero decem et octo. sed iidem cumuli tot dissipandi sunt, quot ea die poterunt exarari, ne ster-

1 in eodem *i* | thymo *om. G* || 2 suis *addunt ia* | item gith *a* || 3 pastinatis *G* | cerofolio *G* || 4 coliandro *LVG*, coriandris *a* || 5 tubure *PLV* || 6 faciendis *addit S* || 7 Dediamaron *G*, De diamoron *ceteri praeter Sa* || 12 DE STERCORANDO *om. E*, et de stercorando *habet c* || 13 Septembri mense *acgs* || 14 et humido *i* || 16 exillis *P* || 17 et seritur *Tiacgs* | graciles cliui *om. V* | primo *E* | arandi et serendi sunt *i* || 18 statim *om. p* | circa *om. G* || 19 rarius. Laetamina *E* || 20 disponuntur *SE* || 21 herbis si seruetur *omnes praeter Eacgs* || 23 planem *G* || idem *EGVFi* || 24 eadem *Es*

cora exsucata nihil prosint. eiciuntur quidem laeta- 3
mina et qualibet hiemis parte. sed si tempore suo eici aliqua ratione non poterunt, antequam seras, more seminis per agros puluerem stercoris sparge uel caprinum manu proice et terram sarculis misce. nec prodest nimium stercorare uno tempore sed frequenter et modice. ager aquosus plus stercoris, siccus
uero minus requirit. sed si laetaminis copia non 4
abundat, hoc pro stercore optime cedit, ut sabulosis locis cretam id est argillam spargas, cretosis ac nimium spissis sabulonem. hoc et segetibus proficit et uineas pulcherrimas reddit. nam laetamen in uineis saporem uini uitiare consueuit.

DE SERENDO TRITICO ET ADOREO IN LOCIS FRIGIDIS ET OPACIS.

Hoc mense uliginosis locis aut exilibus aut frigi- II
dis aut opacis circa aequinoctium triticum et adoreum seritur, dum serenitas constat, ut radices frumenti ante hiemem conualescant.

DE REMEDIO SALSI VMORIS, DE SEMINVM MENSVRIS ET DIVERSIS REMEDIIS AD SATIONEM PERTINENTIBVS.

Solet terra umorem salsum uomere, qui segetes III
necat. ubi hoc fit, columbinum stercus aut cupressi folia oportet inspargere et ita, ut eadem misceantur,

1 exucata *SE*, exsuccata *F*, exiccata *iacgs* | nil *GE* || 5 manum *L* | surculis *G*, *om.* *E* || 8 recipit *E* | leta *E* || 9 pro *om.* *G* | tempore *E* || 10 cretam, uel argillam *a*, cretam [vel] argillam *cg* | cretosis—sabulonem *om.* *E* || 11 etiam *pro* et *iacgs*, *om.* *G* || 15 ET OPACIS *om.* *L* || 17 aut *om.* *i* | et ordeum *E*, *om.* *p* || 18 seremus *E*, seretur *ceteri* || 19 hiemen *V* || 20 DE SEMINVM MENSVRIS *om.* *ia* || 21 REMEDIS *G* || 25 inspergere *Ga* | ne *pro* ut *i*

inarare. melius tamen omnibus remediis erit, si aquarius sulcus noxium deducat umorem. in mediocris agri iugero quinque tritici modios et adorei totidem conseremus. nam quattuor ager pinguis accipiat. si modium, quo seretur, hyaenae pelle uestieris et ibi aliquamdiu, quod serendum est, esse patiaris, sata
2 bene prouenire firmantur. item, quoniam quaedam animalia subterranea sectis radicibus necant plerumque frumenta, contra hoc proderit, si herbae, quae sedum dicitur, sucus aquae mixtus una nocte madefaciat, quae spargenda sunt, semina: uel agrestis cucumeris umor expressus et eius radix trita, si aqua diluatur et eodem, quae serenda sunt, macerentur umore. aliqui ubi hoc segetes suas perferre senserunt, inter initia uitiorum insulsa amurca uel praedicta aqua sulcos et arata perfundunt.

DE SERENDO HORDEO CANTHERINO.

IIII Nunc gracili solo hordeum seritur cantherinum modiis quinque per iugerum. post hoc genus agros cessare patieris, nisi forte laetamen aspergas.

DE LVPINO SERENDO.

V Nunc uel maturius aliquanto lupinus seritur in qualicumque terra uel crudo solo: cui hoc proderit, ut seratur, antequam frigus incipiat. limoso agro non nascitur: cretam reformidat, amat exilem terram atque rubricam. decem modiis iugeri mensura conpletur.

3 et ordei *E*, *om. p* || 4 ager *incl. cgs* | accipiet *iacgs* || 5 modum *F* | quo seretur *om. p* | conseretur *F*, seritur *E* | hienae *GS*, hyene *T* || 6 patieris *iacg* || 7 quem *pro* quoniam *p* || 9 haec *acgs* || 14 haec *acgs* | senserint *acgs* || 15 inter *om. E* | amurga *P* || 16 areta *F*, aratra *VSTGicg*, aratro *E* || 17 CANTERINO (canterino) *codd.* || 18 canterinum *codd.* || 19 modis *G* || 22 aliquando *E* || 26 conpleta *L*, implebitur *i*

DE PISO SERENDO.

Hoc mense postremo pisum seremus terra facili VI
et soluta loco tepido: caelo delectatur umecto. iugero quattuor modios uel tres sparsisse sufficiet.

DE SISAMO SERENDO ET PROSCINDENDIS AGRIS AD MEDICAM.

Nunc sisamum seretur putri solo uel pinguibus VII
harenis uel terra congesticia. iugero quattuor uel sex sextarios seuisse conueniet. hoc mense postremo prima uice agros proscindemus, qui habituri sunt medicam.

DE VICIA ET FENO GRAECO ET FARRAGINE SERENDO.

Nunc uiciae prima satio est et feni graeci, cum VIII
pabuli causa seruntur. uiciae septem modii iugerum, aeque et feni graeci semen inplebit. farrago etiam loco restibili stercorato seritur: hordei cantherini in iugero decem modios spargimus circa aequinoctium, ut ante hiemem conualescat. si depasci saepius uelis, usque in maium mensem eius pastura sufficiet. quod si ex ea etiam semen redigere, usque ad martias calendas et dehinc pecora prohibebis.

5 ET—MEDICAM *om. i* ‖ 7 seritur *icgs* | putrido *G* ‖ 8 congestiua *E* ‖ 10 Tit. VII *om. p* ‖ 11 ET *ante* FENO *om. ia* | Graeco feno *a* ‖ 12 SEREND *P*, SERENDO *LGSE*[1], SERENDVM *V*, SERENDIS *ceteri* ‖ 13 uitiae *G* ‖ 14 uitiae *G* ‖ 16 sterili *a*, *om. p* | hordeo canterino *PLVSE*[1]*TF* | hordei —prohibebis *om. p* | in *om. cg* ‖ 17 iugerum *T* | modiis *L* | spargemus *G* ‖ 18 depaci *F* ‖ 19 in Maium mensem—et statim (*11*, *12*, *7*) *om. F*. *Cf. praef.* ‖ 20 semen etiam *iacgs* | redire *E* | ad Martias spargis Kalendas *S*

DE LVPINO SERENDO.

VIIII Hoc mense, ut loca fecundentur exilia, lupinus
circa idus seratur et, ubi creuerit, uertente uomere
putrefiat excisus.

DE PRATIS NOVELLIS FORMANDIS VEL VETERIBVS EXCOLENDIS.

X Nunc prata, si libuerit, possumus nouella formare.
si eligendi facultas est, locum pinguem, roscidum,
planum, leuiter inclinatum uel huiusmodi uallem de-
putabimus, ubi umor nec statim praecipitari cogitur
2 nec diu debet haerere. potest quidem et soluto et
gracili solo prati forma, si rigetur, inponi. extir-
pandus est itaque locus hoc tempore et liberandus
inpedimentis omnibus uel herbis latioribus et solidis
atque uirgultis. deinde cum frequenter exercitus fuerit
ac multa aratione resolutus, summotis lapidibus et
glebis ubique confractis stercoretur luna crescente re-
3 centi laetamine. ab ungulis iumentorum summa in-
tentione seruetur intactus, praecipue quotiens umescit,
ne inaequale solum reddant mollibus locis inpressa
uestigia. sed si prata uetera muscus obduxerit, ab-
radendus est et scalptis eisdem locis feni spargenda
sunt semina et, quod ad necandum muscum prodest,
4 cinis saepius ingerendus. quod si sterilis factus est
locus carie, incuria, uetustate, exaretur ac de nouo

3 seritur *acgs* | uertitur *cgs* || 4 ut putrefiat *cgs* || 7 possumus *om. PLGVT* || 8 rosidum *iacg* || 9 leniter *iacgs* | modi *om. E* | deportabimus *SE* || 10 nec statim *om. G* | cogetur *E* || 11 inhaerere *Gacgs* | quidam *G* || 13 est *om. G* || 14 et herbis *p* || 15 exercitatus *ETGiacgs* | solutus *i* || 17 ubique *om. p* || 20 solum *om. L* | multibus *PLG*, multis *VTFiacgs* || 21 uentura *pro* uestigia *E* | abarandus *E* || 22 captis *E* || 23 sunt *om. p* || 24 inserendus *E* || sterilis locus factus est *E* || 25 cariae *a*, *om. G* | incuri *PLT*, incurie *G*S^1, incuriae *Eia* *om. V* | denuo *SE*

rursus aequetur. nam prata sterilia plerumque arare conueniet. sed in nouo prato rapa conserere possumus, quorum messe finita cetera, quae dicta sunt, exequemur. uiciam tamen feni seminibus mixtam post haec spargemus. rigari uero, antequam durum solum fecerit, non debebit, ne eius cratem minus solidam uis interflui corrumpat umoris.

DE VINDEMIA CELEBRANDA.

Hoc mense locis tepidis maritimisque celebranda XI
uindemia est, frigidis adparanda. in doliis picandis hic modus erit, ut dolium ducentorum congiorum duodecim libris picetur et deinde pro minoris aestimatione subducas. sed maturitatem uindemiae cognoscimus hoc genere: si expressa uua uinacia, quae in acinis celantur, hoc est grana, sint fusca et nonnulla propemodum nigra: quam rem naturalis maturitas facit. diligentiores optimae cerae in uiginti picis libras 2
unam libram miscent, quae et odori proficit et sapori et picem lenitate permulcens frigoribus eam non patitur dissilire. picis tamen gustu exploranda dulcedo est, quia saepe uina eius amaritudine uitiantur.

DE PANICO ET MILIO METENDIS ET FASELO AD ESCAM SERENDO ET ADPARANDIS AVCVPIIS.

Nunc quibusdam locis panicum metetur et milium. XII
tempore hoc faselus ad escam seratur. nunc in ami-

2 in prato nouo rapam *E* || 3 esse *V* || 6 debet *E* || 7 interrumpat *E* || 10 in doliis picandis *etc. post* sed maturitatem *etc. s* || 12 proicietur *G* | et *om. icgs* | extimatione *i* || 17 optimo carere. In *F* | cerae *om. E* | decem *iacgs* || 19 sanitate *p* | permiscens *i* || 21 uitiari solent *E*, amaritudo corrumpit *p* || 22 PANITIO *SE* 23 APPARENDIS AUCUPIS *EG* || 25 punicum *V*, panicium *S*, panitium *E* || 26 in amitibus *om. p*

tibus adparetur aucupium noctuae ceteraque instrumenta capturae, ut circa calendas exerceatur octobres.

DE HORTIS.

XIII Nunc papauer seritur locis siccis et calidis: potest et cum aliis oleribus seminari. fertur utilius prouenire, ubi uirgae et sarmenta conbusta sunt. tempore hoc brassicam seres utilius, ut plantas eius nouembri inchoante transponas: de quibus et hieme olus et uere
2 possit cyma produci. hoc mense spatia hortorum, quae per uernum seminibus inpleturus es, alte tribus pedibus pastinare debebis et luna decrescente his stercus inferre. hoc mense ultimo thymum seremus, sed melius plantis nascitur, quamuis possit et semine. agrum diligit apricum, macrum, maritimum. nunc circa aequinoctium seres origanum: stercorari ac rigari, donec conualescat, amplectitur. amat loca aspera atque saxosa. iisdem diebus seritur cappari. late serpit, suco suo terris nocet. serendum est ergo, ne procedat ulterius, circumueniente fossato uel luto structis parietibus solo sicco et gracili. herbas sponte
3 persequitur, floret aestate. sub occasu uergiliarum cappari arescit. giddi hoc mense ultimo bene seritur. hoc mense nasturtium seremus et anethum locis temperatis et calidis et radices locis siccis et pastinacas

2 exerceantur *E* | octobris *VTacg* || 5 etiam *pro* et cum *SEp* || 7 brassicam—mense ultimo *om. p* | seris *i* || 9 quima *codd.* || 11 stercus his *G* || 13 plantis *om. SE* || 14 Hoc mense hortorum, quae peruernum—decrescente luna *post* maritimum *ins. p* || 15 stercorari—amplectitur *om. E* || 16 appetit *pro* amplectitur *acgs* || 17 isdem *SE*, hisdem *ceteri praeter s* | capparin *V*, caparis *T*, capparis *SEGicgs* || 18 sucu *G* || 19 uellato *G* || 20 strictis *PLSTEGp* | lapidibus et parientibus *E* || 22 capparin *PLVT*, cappar *SEF*, capparis *Giacgs* | inarescit *SF*, marescit *E* | Gid *G*, Gith *acgs* || 23 bene seremus *p* | anetum *PLSEVi*

et caerefolium circa octobres calendas et lactucas et betas et coriandrum et primis diebus rapa et napos.

DE POMIS.

Mense septembri circa calendas octobres uel XIIII
februario tubures seremus subole uel nucleis, cuius tenera diligenter nutriri debet infantia. sumatur cum radicibus planta diuulsa. bubulo fimo linetur ac luto. statuatur pingui terra et subacta subditis conchis et marina alga: terris magna sui parte condatur. alii 2
pomis statim grana decussa et sole siccata pingui et prope cribrata terra autumno tria simul ponunt, quae feruntur in unicum coire uirgultum: quod adsidua rigatione iuuandum est atque fossura, quae solum leuiter scalpens teneritudini robur inducat. post annum deinde uel aliquanto tardius, quae fuerit de semine planta, transfertur: et hoc genere fructus efficit dulciores. mense ianuario ultimo uel februario tuburum 3
surculus mirabiliter proficit cydoneo insitus. inseritur autem melis omnibus et piris et prunis et calabrici melius trunco fisso quam cortice. desuper qualo uel fictili uase munitur repletis usque prope summitatem surculis terra subacta cum stercore. prosunt tuburibus, quae melis prodesse memoraui. tubures seruabuntur, si obruantur in milio uel urceolis picatis et oblitis.

1 cerofolium *E*, caerofolium *i* || 2 coliandrum *LVF* || 4 octobris *E*, *om.* *F* || 5 tuberes *ETGiacgs* | sub olero *E* || 6 nutrire *G* | summatur *P* || 7 obuulsa *E* | linietur *E*, limetur *T*, liniatur *G*, linatur *acgs* || 11 probe *s* || 12 fertur *SE* | ut unicum *L*, inimicum *F*, in unum *Eiacgs* | adsiduae *L*, assidue *VSF* || 14 carpens *E* || 15 fuerint *E* || 17 tuberum *PScgs*, tuburinum *F* || 18 cidoneo *ST*, cydeneo *F*, cydonio *edd.* | Inseratur *E* || 19 malis E^2*iacgs* | et piris *om.* *GEp*, *incl.* *s* | et calabrici *om.* *p* || 20 fisso trunco *E* | calo *E* || 22 surculi *s* | tuberibus E^2*TGacgs* || 23 malis E^2*iacgs* | omnibus *post* melis *ins.* *E* | tuberes *ETacgs* || 24 urce dispiccatis *E*

DE PAVIMENTIS SOLARIORVM ET LATERE.

XV Hoc etiam mense pauimenta in solariis et lateres faciemus eo more, quo maio mense descripsi.

DE DIAMORO.

XVI Sucum mori agrestis paululum facies deferuere. tunc suci duas partes et unam mellis admiscebis et mixta curabis ad pinguedinem mellis excoquere.

DE SERVANDIS VVIS.

XVII Vuas, quas seruare uolumus, legamus inlaesas neque acerbitate rigidas neque maturitate refluentes, sed quibus est et granum luce penetrabili splendidum et tactus cum molli iucunditate callosus. si qua sunt corrupta uel uitiosa, resecemus: nec patiamur interesse, quibus inexpugnabilis acerbitas contra blandimenta aestiui caloris induruit. tunc incisos botryonum tenaces calida pice oportet amburi atque ita in loco sicco, frigido et obscuro sine luminis inruptione suspendi.

DE VITE, CVIVS FRVCTVS VMORE PVTRESCIT.

XVIII Vitis, cuius fructus umore putrescit, per latera pampinanda est ante tricesimum uindemiae diem et sola frons illa seruanda est, quae in summitate posita solem nimium defendit a uertice.

1 LATERIBVS FACIENDIS *S* ‖ 3 eo *om. E* ‖ 5 pabulum *E* | deferre *E* ‖ 6 suci ipsius *a*, suci [ipsius] *cgs* | admiscis *E*, admisces *ceteri* ‖ 7 spissitudinem *S*, pissitudinem *E* | exquore *L*, exquoquere *SG* ‖ 9 ligamus *E* ‖ 10 aceruitate *G* | defluentes *iacgs* ‖ 11 penetrabile et *ps* ‖ 12 mellis *E* | iocunditate *VGE* ‖ 13 sunt *om. E* | corrupta uel *om. p* | recessemus *L*, recensemus *G* ‖ 15 botrionum *PS* ‖ 16 ambiri *SEs* ‖ 17 sicco *om. E* | incorruptione *L* ‖ 23 solemnium *V* | defendat *E*

DE HORIS.

Septembris et aprilis dies horis similibus conferuntur. XVIIII

Hora	I	pedes	XXIIII,
hora	II	pedes	XIIII,
hora	III	pedes	X,
hora	IIII	pedes	VII,
hora	V	pedes	V,
hora	VI	pedes	IIII,
hora	VII	pedes	V,
hora	VIII	pedes	VII,
hora	VIIII	pedes	X,
hora	X	pedes	XIIII,
hora	XI	pedes	XXIIII.

2 conferunt *E* ‖ 4 habet *ins.* *E* | pedes XXIII *E* ‖ 5 pedes XIII *Gi* ‖ 9 pedes III *G* ‖ 13 pedes XIII *G* ‖ 14 pedes XXIII *E*

LIBER VNDECIMVS
SIVE
MENSIS OCTOBER.

TITVLI.

1 LIBER—OCTOBER *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS OCTOBRIS *codices et iags*, TITVLI—horis *om. c* ‖ 5 I De adoreo—horis *om. E* | et hordeo (ordeo) *Ga* | canterino *codd.* ‖ 6 de herbo lupino, piso, sisamo *g* ‖ 8 serendo *om. i* ‖ 9 qua *iags* ‖ 10 pactioni *T* ‖ 12 potandis *P* ‖ 14 nunc *om. G* ‖ 17 et remediis eorum: de oliuis condiendis: de fossis *g*, uel oliuis —purgandis *om. G*, uel oliuis condiendis *om. a* | custodiendis *L* ‖ 18 ripisque *L* ‖ 19 De remedio *g*

XI De hortis: in eo de intybis, de carduis, de senapi, malua cum disciplinis, item de anetho, cepulla, menta, pastinaca, thymo, origano, cappari, beta, armoracea, porro transferendo et ocimo.

XII De pomis: in eo de palma, pistaceis, cerasis et aliis pomis, quorum per menses suos disciplina digesta est, item de condiendis pomis.

XIII De apibus.

XIIII Quae Graeci uel alii super uina condienda curandaque dixerunt.

XV Rosatum sine rosa fieri.

XVI De uinis pomorum.

XVII De oenomelli.

XVIII De defruto, caroeno, sapa.

XVIIII De passo.

XX De cydonite.

XXI De fermento musteorum seruando.

XXII De uua passa.

XXIII De horis.

2 senapi *similiter ac supra* | Medica (*pro* malua) *g* mala *i* | decaneto *L* ‖ 3 cepulla—thymo *om. G* ‖ 6 pistaciis *et* pistaceis *similiter ac supra* ‖ 12 Derosatum *PLVG*, De rosato *STiag* | fieri *om. ia* ‖ 13 uini *G* ‖ 14 Deynomelli *PGSTV*, Dehynomelli *L*, De hydromelli *gs* ‖ 15 De defruto—sapa *om. Eg* | defrito *PLST*, destricto *V* | caroena *S*, caloeno *i* ‖ 17 cidonite *ST* ‖ 18 frumento *G* ‖ 19 XXII De uua passa *om. PLGVS*[1]*T* ‖ 20 XXII *PLGVS*[1]*T*

DE ADOREO ET TRITICO ET HORDEO CANTHERINO ET ERVO ET LVPINO ET PISO ET SISAMO ET FASELO SERENDO.

1 Hoc tempore adoreum seremus ac triticum. iusta satio est a decimo calendas nouembres usque ad sexto idus decembres regionibus temperatis. nunc etiam
2 laetamen effertur ac spargitur. hoc etiam mense seremus hordeum, quod dicitur cantherinum. seritur macra et sicca terra uel satis pingui. hac uincitur: alteri, non habet amplius, quod noceat, quae semen aliud
3 ferre non possit. laeto agro non est serendum. etiam nunc eruum, lupinum et pisum et sisamum seremus, ut dixi: sisamum usque ad idus octobres et faselum, tamen terra pingui aut restibili agro. quattuor modiis iugerum conplebimus.

1 de ordeo. et tritico. et adhoreo. et herbo. et lvpino. et piso. et cetera *E*, De Adoreo tritico hordeo *iac*, TRICO *V* ‖ 2 CANTERINO *om. iac* | HERBO *codices et i* | ET *ante* LVPINO *om. iac* ‖ 3 ET *ante* sisamo *om. c* | serendis *iac* ‖ 4 Hoc mense *E*, Octobri mense *acgs* | ad horreum *E*, hordeum *i* ‖ 5 kalendas nouembris *PVSEF*, kalendarum nouembris *G*, Calendarum Novembrium *acg* | sextum *Gacgs* ‖ 6 Decembris *omnes praeter s* ‖ 7 efferetur *E*, offertur *G* | seremur *PL* ‖ 8 canterinum *codd.* ‖ 9 multum *pro* satis *acgs* | hoc uincitur *V*, Ac uincitur *i*, Nam quia hoc semine macescunt arua, pingui uincitur agro *acgs*, hac—serendum *om. p* ‖ 10 quod amplius *acgs* | nocere *PLVSETGFi*, nocere possit *acgs* | cum propter macritatem *pro* quae *acgs* | alius *E* ‖ 11 posset *PLVSETFi*, valeat *acgs* | nunc *pro* non *codd. et s* ‖ 12 herbum *PLVSEi*, etiam herbum *G* | lupinus *Gc* | pysum *V* | sisamum. Seremus (vt dixi) sisamum *c*, sisannum *p* ‖ 13 diximus *E* | octobris *VF* ‖ 14 terra tamen *E*, et non terra *F*, tamen *om. p* | ac *pro* aut *Gacg* | modis *G*

DE LINI SEMINE SERENDO.

Hoc mense lini semen seremus, si placet, quod pro malitia sui serendum non est: nam terrae uber exhaurit. sed si uelis loco pinguissimo et modice umido, seretur in iugero octo modiis. aliqui macro solo spissum serunt: ita adsequuntur, ut linum subtile nascatur. II

DE NOTANDA VITIVM FERTILITATE, QVAM PROVIDEBIMVS PANCTIONI.

Nunc obportuna uindemia est, cuius tempore notanda est fecunditas uitium et notis quibuscumque signanda, ut ex his ad ponendum sarmenta possimus eligere. adserit autem Columella uno anno explorari fertilitatem non posse sed quattuor: quo numero cognoscitur uera generositas surculorum. III

DE PONENDIS VINEIS VEL PROPAGANDIS, REPARANDIS, PVTANDIS ET ARBVSTIS.

Hoc mense postremo, ubi calidi ac sicci aeris qualitas est, ubi exilis et aridus campus, ubi collis praeruptus aut macer, uites utillime ponuntur, de quibus satis mense februario disputaui. nunc locis siccis, calidis, exilibus, macris, harenosis, apricis, quaecumque de pastinis, de uitibus ponendis, putandis, propagandis, reparandis uel arbusto faciendo ante dicta IIII

2 quod tamen *s* ‖ 3 ubertatem *Ei*, utilitatem *V* ‖ 4 exaruit *LF*, exurit *V* ‖ 5 IX modiis *p* | in agro solo *E* ‖ 8 CVM VIDEBIMVS *L*, qua prouidebimus *a* ‖ 9 PACTIONI *SE* ‖ 10 oportunum *E* | est uindemia *S*, est uinctemiati tempore *E* ‖ 11 notandum *PLVTF* ‖ 12 et *pro* ut S | ex eis *L*, exilis *G* ‖ 13 explorari foecunditatem uno anno *iacgs* ‖ 14 quo numero *om. E* ‖ 18 extremo *p* ‖ 19 aridus est *ia*, aridus [est] *cgs* ‖ 20 utilissime *acgs* ‖ 22 aridis *pro* apricis *acgs*

sunt, rectius fiunt, ut contra exilitatem glebae hibernis imbribus adiuuentur. sic et umorem sitientibus conferunt et recisa uel mersa glacie non adurunt, quia talibus locis pruinarum uis et natura nescitur.

DE ABLAQVEANDA NOVELLA.

V Post idus octobres ablaqueanda est omnis nouella seu in pastino seu in scrobibus aut sulcis, ut amputentur radices superuacuae, quas produxit aestate: quae si conualuerint, inferiores radices faciunt interire et ita remanebit uitis in summitate suspensa: quae res eam frigori obnoxiam faciet et calori. sed hae radiculae non ad siccum debent recidi, ne aut plures inde nascantur aut noua plaga corpori uitis

2 inpressa ui secuti algoris uratur. recidemus autem relicto digiti spatio et, si placida ibi hiems est, apertas relinquemus uites, si uiolenta, ante decembres idus operiemus, si praefrigida, aliquantum columbini stercoris sub ipsa hieme circa uiticularum uestigia largiemur, quod contra frigus nimium Columella dicit toto faciendum esse quinquennio.

1 fuerint *p* | exilem glebam *E* ‖ 2 hymbrius *L* | sic — adurunt *om. E* ‖ 3 recia *F* ‖ 4 pruinae *E* ‖ 5 ABLAQUEENDA *V*, ABLAQUEANDIS *G* | VITE *addit E* ‖ 6 Octobris *VTFEia cgs*, Nouembris et *p* | et abl. *L* | nouella uinea *iacgs* ‖ 8 aetate *G* ‖ 9 si *om. E* | conualerint *P* ‖ 11 faciet et frigori obnoxiam et *E* ‖ 12 haeae *V*, haec *G* ‖ 14 inpraessi *V*[1] | in *pro* ui *F* | secuturi *Eacg* | uratur *om. L* | Recidimus *G* ‖ 16 relinquimus *PLVGSEi*, reliquimus *T* | decembris *PGTEVF*, decembras *L* ‖ 17 operimus *PLGSEVTF* ‖ 18 sub ipsa hieme *om. p* | uinculorum *E* ‖ 19 largiemus *E* | nimium *om. p*

DE VTILITATE PROPAGANDAE NVNC VINEAE.

Hoc tempore idcirco locis, quibus dixi, propagatio VI
melior est, quia firmandis radicibus uitis incumbit, cum proferendi palmitis eam cura non permouet.

DE INSERENDIS ARBORIBVS VEL VITIBVS.

Hoc mense aliqui uites et arbores locis cali- VII
dissimis inserere consuerunt.

DE OLIVETIS INSTITVENDIS ET COLENDIS, LAETANDIS VEL REMEDIIS EORVM VEL OLIVIS CONDIENDIS VEL FOSSIS RIVISQVE PVRGANDIS.

Nunc etiam locis calidis et apricis oliueta in- VIII
stituemus more uel ordine, quem februarius mensis ostendit. seminaria quoque olearum locis talibus faciemus hoc tempore et omnia, quae ad oleam pertinebunt. oliuas quoque albas condiemus, sicut postea referetur. hoc tempore ablaqueandae sunt arbores oleae prouinciis siccioribus ac tepidis, ita ut eis a superiori parte umor possit induci. omnem subolem 2
conuelli Columella praecepit: mihi uidetur paucas dimitti semper ac solidas, ex quibus uel in uetustate matris loco delecta succedat uel melius nutrita et adgestae terrae beneficio et iam suas habens radices

1 VILITATE PROPAGANDE *V* ‖ 3 quiam *L* ‖ 4 proferendis *E* | palmitibus *E*, palmites *acg* | promouet *E* ‖ 5 De arboribus inserendis *iac* | VEL VITIBVS *om. S*, totum titulum *E* ‖ 7 consueuerunt *Eiacgs* ‖ 9 LAETANDIS *om. ia* | VEL DE *E* ‖ 10 OLIVETIS *L* | COLENDIS *E* ‖ 12 oluia *G* ‖ 13 que *E* | Februario mense *p* ‖ 14 Semina *i* ‖ 15 oma *pro* omnia *V* | olera *E* ‖ 17 refertur *E*, seretur *p* ‖ 19 sobolem *E* ‖ 20 praecipit *E* | Videtur mihi *T*, mihi uero uidetur *E*, mihi autem uidetur *acgs* ‖ 22 dilecta *PLVTGi* ‖ 23 agresti *E* | etiam *PGSTi* | ad radices ad oliuetam faciendo *E*

ad oliuetum faciendum sine cura seminarii transferatur arbuscula. nunc, si subpetit, intermisso triennio stercoranda sunt olіueta locis maxime frigidis. caprini stercoris sex librae uni arbori uel cineris modii singuli sufficient. muscus tamen semper radatur arboribus: et putentur, sicut Columella dicit, octo annorum aetate transacta. uidetur mihi unoquoque anno sicca, infructuosa, cum aliqua debilitate nascentia debere re-
3 secari. quod si fructus arbor laeta non adferet, terebretur gallica terebra usque ad medullam foramine inpresso, cui oleastri informis talea uehementer artetur et ablaqueatae arbori amurca insulsa uel uetus urina fundatur. hoc enim uelut coitu steriles arbores uberantur, quas tamen durante malitia oportebit inserere. hoc mense fossas riuosque purgabimus.

REMEDIVM, SI VVA CONPLVTA EST.

VIIII Graeci iubent, si uuam nimius imber infuderit, posteaquam mustum eius primo ardore feruebit, ut ad alia uascula transferatur. ita propter naturae grauitatem remanens aqua subsidet et translatum uinum pure seruabitur relicto, quicquid se illi ex imbre miscuerat.

DE OLEO VIRIDI FACIENDO ET LAVRINO.

X Nunc oleum uiride faciemus hoc genere. oliuam quam recentissimam, cum uaria est, colligis et, si diebus aliquot collegeris, expandis, ne calefiat. si qua

2 arbusta *E* ‖ 4 arboris *L* ‖ 5 sufficiunt *E* ‖ 7 et infructuosa *Eiacgs* ‖ 8 resecare *E*, recidi *acgs* ‖ 9 laetos *a* | affert *E* ‖ 11 arcetur *E* ‖ 13 funditur *E*, infundatur *ps* ‖ 14 si durant in malitia *E* ‖ 15 fossa *i* | purgauimus *PLV* ‖ 16 DE REMEDIUM SIUUA COMPLETA EST *G* ‖ 18 ardore primo *E* | aut *pro* ut *E* ‖ 19 ad *om. L* ‖ 22 miscuerit *cgs* ‖ 23 FACIENDO VIRIDI *E* ‖ 24 uiride *om. E* ‖ 25 colligeris *V*

ibi putris aut sicca est, remoues. ubi uero conpleueris
modum factorii, sales tritos uel non tritos, quod est
melius, in oliuam eandem mittes per decem modios
tres salis et moles primo et sic salitam in nouis cani-
stris esse patieris, ut pernoctet cum salibus et ducat
in se eosdem sapores: ac mane premi incipiat olei
meliorem fluxum redditura salis sapore concepto. cana- 2
les sane et omnia receptacula olei calida aqua prius
lauabis, ut nihil de anni praeteriti rancore custodiant.
focos etiam non propius admouebis, ne olei saporem
fumus inficiat. nunc mense postremo locis siccis et
calidis ad oleum faciendum lauri bacas legemus.

DE HORTIS.

Mense octobri serenda sunt intyba, quae hiemi XI
seruiant. amant umores et terram solutam. harenis
et salsis locis atque maritimis summa proueniunt.
area his planior adparetur, ne radices eorum terra
fugiente nudentur. quattuor foliorum transferantur
ad locum stercoratum. tunc plantae cardui ponuntur:
quas cum ponemus, radices earum summas ferro re-
secamus ac fimo tinguimus: ternum pedum spatio
separamus incrementi causa pedali scrobe depositas
binas aut ternas. cinerem saepe sub hieme diebus
siccis fimumque miscebimus. hoc mense sinapi sere- 2
mus. terram diligit aratam et, si fieri potest, con-
gesticiam, quamuis ubicumque nascatur. sarculari
debet adsidue, ut respergatur puluere, quo fouetur.

1 ibi uirtus putris *SE* ‖ 3 eandam *PV* | mittis *omnes* | pro decem modiis *E* ‖ 4 molles salis *E*, molis *ceteri* | sallitam *S* ‖ 6 saporis *V* | incipiet *E* ‖ 7 sapore salis *E* ‖ 10 sapore *V* | 14 intiba *PLVGSET* | hieme *Ea* ‖ 15 Arena *T*, Arenosis *acgs* ‖ 17 et area *E* ‖ 19 Nunc *FGicgs* ‖ 20 conponemus *PVF*, componemus *SE* ‖ 21 aut *pro* ac *G* | tingimus *LGiacgs*, tangimus *E*, tegemus *V* | pedum *om.* *G* ‖ 22 separemus *V* ‖ 24 miscebis *G* | senapi *PLF*, sinapim *STiacgs*, sinapem *E* ‖ 25 arentem *E* ‖ 27 respargatur *Gi*

non minus gaudet umore. de quo semen legere dispo-
nes, suo loco esse patieris: quod ad escam parabis,
robustius facies transferendo. in sinapi uetus semen
inutile est uel sationi uel usui: quod dentibus fractum
si intus uiride uidebitur, nouum est: si album fuerit,
3 uetustatem fatetur. hoc mense malua serenda est,
quae occursu hiemis ab incrementi longitudine re-
primetur. loco pingui delectatur et umido, gaudet
laetamine. transferuntur plantae eius, cum coeperint
folia quattuor habere uel quinque. melius conpre-
hendit eius planta, quae tenera est: maior enim trans-
lata languebit. sapor illis melior est, si non trans-
ferantur. sed ne cito erigantur in caulem, in medio
earum glebulas constitues aut lapillos. rara ponenda
est, sarculo delectatur adsiduo. sic liberandae sunt
herbis, ne motum sentiant in radice. si transferendis
4 plantis nodum facias in radice, sessiles fient. nunc
etiam locis temperatis et calidis anethum seremus.
cepullae seruntur et hoc mense uel menta et pasti-
naca, thymum et origanum et cappar mensis initio.
item betam locis siccioribus nec non armoraceam
seremus uel transferemus ad culta, ut melior fiat:
5 nam haec agrestis est rafanus. nunc porrum uerno
satum transferre debemus, ut crescat in capite. sane
sarculis circumfodiatur adsidue et conprehensa porri
planta uelut tenacibus adleuetur, ut inanitas spatii,
quae radicibus suberit, incremento capitis subpleatur.

1 nimis *PLVEG* | disponis *omnes* || 2 loco suo *E* || 3 in *om. V*, et sinapi *hab. L* || 5 initiis *E* | est *pro* fuerit *p* || 6 fatebitur *E* | seretur *E* || 9 coeperit *i* || 10 quattuor folia *G* || 11 planta eius *E* || 12 enim *pro* illis *Gp*, illis *in rasura V* | est melior *i* | transferatur *E* || 13 calem *E* || 14 glebas *E* || 15 Sed *pro* sic *E* || 16 si *om. L* || 17 facies *G* | fiant *P* || 18 anetum *PVSEi* || 19 Item cepullae *Fi* | etiam hoc mense *acgs* | uel pastinaca *E* || 20 capar *E*, cappa-ris *s* || 22 mollior *p* || 23 rafanus *similiter ac supra* || 24 caput *cgs* || 26 uel *pro* uelut *E* | adleuetur — radicibus *om. p*

ocimum quoque etiam nunc seremus, quod citius nasci fertur hoc tempore, si aceti imbre leuiter spargatur infusum.

DE POMIS.

Cui placet curas agere seculorum, de palmis XII
cogitet conserendis. hoc igitur mense dactylorum non ueterum sed nouorum ac pinguium recentia ossa debebit obruere, terrae cinerem miscere. si plantam uelit, ponenda est aprili mense uel maio. locis delectatur apricis et calidis. fouenda est, ut crescat, umore. terram solutam uel sabulonem requirit, ita tamen, ut, quando planta disponitur, circa eam uel sub ea pinguis terra fundatur. annicula transferatur aut bima iunio mense uel iulio incipiente. circum- 2
fodiatur adsidue et rigatione continuos aestatis uincat ardores. aquis palmae aliquatenus salsis iuuantur, quae infici debent salibus, etiam si tales eas natura non praebuit. si aegra est arbor, feces uini ueteris ablaqueatae oportet infundi uel radicum superuacua capillamenta decidi uel cuneum salicis interfossis radicibus premi. constat autem locum prope nullis utilem fructibus, in quo palmae sponte nascuntur. pistacia 3
seruntur autumuo mense octobri et subole et nucibus suis: sed melius ipsa pistacia iuncta ponuntur, mas ac femina. marem dicunt, cui sub corio uelut ossei longi uidentur latere testiculi. qui diligentius facere uoluerit, pertusos caliculos et stercorata terra reple-

2 ymbre *V* ‖ 4 VEL PALMIS INSERENDIS *addit* *E* ‖ 6 dactilorum *LGTE*, dactulorum *PVSF* ‖ 7 debebis *E* ‖ 8 palmam ponendam curabimus Apr. *p* | planta *E* ‖ 9 maio mense *E* | delectantur *G* ‖ 12 deponitur *acgs* ‖ 14 bina *E* | incipiente uel iulio *PLVSTEFi* ‖ 15 ut rigatione *icg* | continuo *E*, continua *cg* | uincat *om.* *E* ‖ 16 iuuentur *E* ‖ 17 etsi *i* | si *om.* *p* ‖ 18 non *om.* *E* | faece *G* ‖ 21 imprimi *s* | nullus *L* ‖ 22 Pistaceta *T* ‖ 23 et mense *ia* | et *ante* subole *om.* *ia*, *incl.* *s* ‖ 24 in ipsis *E* | pistaceta *T* ‖ 26 testiculi latere *E*

tos parabit et in his pistacia terna constituet, ut ex omnibus germen quodcumque procedat: quod, ubi conualuerit planta, hinc facilius transferatur mense februario. amat locum calidum, sed umectum et rigatione gaudet et sole. inseritur terebintho mense februario uel martio: at alii et amygdalo inseri posse
4 firmarunt. cerasus amat caeli statum frigidum, solum uero positionis umectae. in tepidis regionibus parua prouenit. calidum non potest sustinere. montana uel in collibus constituta regione laetatur. cerasi plantam siluestrem transferre debemus mense octobri uel nouembri et eam primo ianuario, cum conprehendit, inserere. plantaria uero creari possunt, si praedictis mensibus spargantur poma, quae summa facilitate
5 nascentur. ego sic huius arboris facilitatem probaui, ut uirgulta ex ceraso pro adminiculis per uineam posita in arborem prosiluisse confirmem. et ianuario mense seri potest. inseritur mense nouembri melius uel, si necesse sit, extremo ianuario. alii et octobri inserendam esse dixerunt. Martialis in trunco inseri iubet: mihi inter corticem et lignum feliciter semper euenit. qui in trunco inserunt, sicut Martialis dicit, omnem lanuginem, quae circa est, auferre debebunt:
6 quam, si remanserit, insitis nocere manifestat. in cerasis hoc seruandum et in omnibus gumminatis, ut tunc inserantur, quando his uel non est uel desinit gummen effluere. cerasus inseritur in se, in pruno,

3 feratur *E* | 4 februario uel martio *L* | uel umectum *L*, sed humidum *E* ‖ 5 therebinto *PSi*, terebinto *E*, Therebintho *VG* ‖ 6 ut *pro* at *codd.*, uel ut *p* | et *om. iacgs* | amigdalo *S* ‖ 7 affirmant *E* ‖ 12 comprehenderit *SE*, praehendit *G* ‖ 13 serere *SE* ‖ 14 facillitatem *P* ‖ 16 amminiculis *ic* | per uenam *V*, *om. p* ‖ 18 melius *om. p* ‖ 19 uel *om. G* | et alii *LV* ‖ 20 inserenda *cgs* ‖ 22 conserunt *ia* ‖ 23 lanuginem omnem *SE* ‖ 24 quae *a* | manifestat *om. p* ‖ 25 seruandum est *Tiacgs* | germinatis *E*, gummatis *Facgs*, gumatis *i* ‖ 26 his uel non est uel *om. p* ‖ 27 gumen *i*, germen *E*, gumma *acgs* | Cerassus *P*, cerasis *S*

in platano, ut alii, in populo. amat scrobes altas,
spatia largiora, adsiduas fossiones. putari in ea putria
et sicca debebunt uel, quae densius artata protulerit,
ut rarescat. fimum non amat atque inde degenerat.
cerasa ut sine osse nascantur, fieri Martialis hoc dicit. 7
arborem teneram ad duos pedes recides et eam usque
ad radicem findes, medullam partis utriusque ferro
curabis abradere et statim utrasque partes in se uin-
culo stringes et oblines fimo et summam partem et
laterum diuisuras. post annum cicatrix ducta soli-
datur. hanc arborem surculis, qui adhuc fructum non
adtulerunt, inseres et, ut adserit, ex his sine ossibus
poma nascentur. si cerasus concepto umore putrescit,
in trunco foramen accipiat, quo possit educi. si for- 8
micas patitur, sucum portulacae debebis infundere cum
aceti media parte permixtum uel uini fecibus truncum
arboris florentis adlinere. si aestu canicularium fati-
gatur, trium fontium singulos sextarios sumptos post
solis occasum radicibus arboris iubeamus influere sic,
ne remedium luna deprehendat. uel herbam symfo-
niacam circa arboris truncum torquebimus in coronam
uel ex ea iuxta imum codicem cubile faciemus. cerasa
non aliter quam in sole usque ad rugas siccata ser-
uantur. mense octobri aliqui mali arborem calidis et 9
siccis regionibus ponunt et cydonea circa nouembres
calendas et sorbum uel amygdala in seminariis ob-

2 longiora *i* | putrida uel sicca *E* || 4 arescat *E* | in *pro* inde *L* || 5 cerasi aut *PL*, Cerasi (ras.) ut *V*, cerasia ut *SF* | ossa *G* | ita fieri *ps* | ita hoc *E* || 7 ferro *om. E* || 8 in se inseris. inse *E* | in se *om. p* || 9 stringis et oblinis *omnes* | et *ante* summam *om. V*, *incl. s* || 12 inseris *PLGSETFa* | et ut adserit *om. p* || 13 contempto *L* || 17 adlinire *GETV*¹*acgs*, adline *i* | Canicularum *Eiacgs* || 18 frondium *E* || 19 radicibus infundes, sed ne *p* | arboris—luna *om. E* || 20 apprehendat. Herbam *p* | simphoniacam *SETi*, symphoniacam *acgs* || 22 uel—faciemus *om. p* | iusta *E* | corticem *V* | Cerasia *PVGSETF*, Cerasea *L* || 23 usque ad rugas *om. p* || 25 cydonea *LVi*, cidonea *PSET*, cydonia *FGiacgs* || 26 amigdala *PSGT*, et amigdalas *E*, amygdolas *i*

ruunt et pini semen aspergunt. hoc mense poma condienda sunt atque seruanda eo more, quo in singulorum titulis continetur, uelut quaeque matura processerint.

DE APIBVS.

XIII Hoc etiam mense aluearia castrabuntur more, quo dictum est. quae tamen oportet inspicere et, si abundantia est, demere, si mediocritas, partem mediam relinquere pro hiemis inopia: si uero sterilitas adparet in cellis, nil prorsus auferre. mellis uero et cerae superius est demonstrata confectio.

QVAE GRAECI VEL ALII SVPER VINA CONDIENDA CVRANDAQVE DIXERVNT.

XIIII Ne lecta praeteream, quae Graeci sua fide media de condiendi uini genere disputarunt, demonstrare curaui: qui uini naturam tali ratione discernunt et hanc in eo uolunt esse distantiam, ut, quod dulce est, grauius dicant, quod album et aliquatenus salsum, conuenire uesicae, quod croceo colore blanditur, digestioni accommodum, quod album et stypticum, prodesse stomacho laxiori: transmarinum pallorem facere et tantum sanguinem non creare: uuis nigris fieri forte,
2 rubeis suaue, albis uero plerumque mediocre. in condiendo ergo uino aliqui Graecorum mustum decoctum ad medietatem uel tertiam partem uino adiciunt. alii Graeci ita iubent, aquam marinam mundam de puro et quieto mari, quam anno ante conpleuerint, reser-

2 custodienda *pro* seruanda *E* ‖ 3 processerunt *V* ‖ 7 emere *V* ‖ 8 sterelitas *L* ‖ 9 nihil *P* | uero *om.* *E* ‖ 11 QVID *E* | ET ALIIS *E* ‖ 12 CVRAMQVE *E*, CURANDAMQ: *G* ‖ 13 Nunc *pro* ne *G*, Neglecta *E* | praeterea *E* | sua *om.* *E* ‖ 19 conuenire *pro* accomodum *p* | stipticum *PGi*, stipicum *L* ‖ 21 tamen *pro* tantum *p* | Vis *pro* uuis *p* | fronte *p* ‖ 23 igitur uinum *G* ‖ 24 Aliqui *SE*, Ali *i* ‖ 25 ita *om.* *p* | sumendam *pro* mundam *E* ‖ 26 ante anno *E*

uari: cuius talem esse naturam, ut et salsedine uel
amaritudine per hoc tempus careat et odore: et dulcis
fiat aetate. ergo eius octogesimam partem musto ad- 3
miscent et gypsi quinquagesimam. post tertiam deinde
diem fortiter commouent ac pollicentur non aetatem
solum uino, sed splendorem quoque coloris adferre.
oportet autem nona quaque die uinum moueri atque
curari uel, si tardius, undecima. frequens enim re-
spectus faciet iudicare, utrum uendenda sit species an
tenenda. quidam resinae siccae tritae uncias tres dolio
inmergunt et permouent et uina diuretica sic fieri
posse persuadent. mustum uero, quod per pluuias 4
frequentes leue est, sic curari debere iusserunt, quod
probari gustu ipsius poterit. omne mustum decoqui
iubent, donec pars eius uigesima possit absumi: melius
quoque fieri, si centesimam partem gypsi adicias: Lace-
daemonios uero eo usque decoquere, donec uini quinta
pars pereat, et quarto anno usibus ministrare. suaue 5
uinum de duro fieri docent, si hordeacei pollinis cya-
thos duos simul cum uino subactos mittas in uini
uasculo et hora una ibi esse patiaris. aliqui feces
uini dulcis admiscent. aliqui addunt glycyridiae siccae
aliquantum et utuntur, cum diu uasorum commotione
miscuerint. uinum quoque intra paucos dies optimi
odoris effici, si bacas myrti agrestis montanas, siccas
et tunsas mittas in cado et decem diebus requiescere

2 pro hoc tempore *i* ‖ 3 aestate *S*, estate *E*, fiat. Aetate *VGT* | ergo hac eius *G* ‖ 6 solo *L* ‖ 8 et si *E*, sed si *p* ‖ 9 uenda *L* | sint *E* | species *om.* *E* | aut *pro* an *E* ‖ 10 siccae *om.* *E* ‖ 11 promouent *L* | dioretica *V* ‖ 12 per *om.* *G* ‖ 13 cicitari *E* | debere *incl.* *s* ‖ 14 dequoqui *L* ‖ 16 partem *om.* *E* | Lacedaemonii *iacg* ‖ 19 ciatos *VS*, quiatos *PT*, quatos *G*, cados *E* ‖ 21 uasculum *G* | ibidem *E* | Alii *E* | aliqui—miscuerint *om.* *p* ‖ 22 glyciridiae *PLVTGi*, gliciridiae *S*, gliciri die *E*, liquiriscie *F*, glycirizae *a*, glycyrhizae *cgs* (liquiritiae *Veg. a. v. 4, 9*) ‖ 23 aliquantulum *iacgs* ‖ 24 miscuerit *V* ‖ 25 coloris *i* | agrestes *G* ‖ 26 tonsas *E* | mittas *om.* *E* | cadum *EGacg*, cabum *s*

patiaris: tunc coles et utaris. uitis etiam flores arbu-
stiuae collectos in umbra siccare curabis. tunc dili-
genter tunsos et cretos habebis in uasculo nouo et,
cum uolueris, tribus cadis unam floris mensuram,
quam Syri choenicam uocant, adicies et superlines
dolium et sexta uel septima die aperies et uteris.
6 uinum fieri ad potandum suaue ita docent. feniculi
uel satureiae singulorum congruum modum uino in-
mergi atque turbari uel fructum, quem duae nuces
pineae produxerint, torrefactum et linteo ligatum mitti
in uasculo ac superlini et usui esse quinque diebus
7 exactis. uinum autem uelut uetus effici de nouello,
si amygdala amara, absinthium, pini frugiferi gummen,
fenum graecum simul frigas, quantum sufficere aesti-
maris, et pariter tundas et ex his unum cyathum per
amforam mittas: et magna uina conficies. si uero sen-
seris peccatura, huic confectioni aloën, myrrham, croco-
magma singula modis aequalibus tunsa et in puluerem
redacta cum melle miscebis et uno cyatho unam am-
8 foram condire curabis. anniculum quoque uinum ut
longam simulare uideatur aetatem, meliloti unciam

3 tusos *PLGVT*, tu (*ras.*) sos *S* ‖ 5 sirichinia *E*, siri *ST*, chynicam *P*, chinicam *LVTFi*, chiniam *S*[1], cinicam *S*[2], kynicam *G*, chenicam *a* | quam—uocant *om. p*, quam Syri (cabum, Graeci) choenicam uocant *habet s* | adicis *PLVSET*, adiicis *i* | superlinies *E* ‖ 7 ad potandam *omnes* | optimum et suaue *E* | dicent *PLV*, dicunt *TGiacgs* ‖ 8 satureia *L* | modium *SE* | uini *L* ‖ 9 de nuce *E* ‖ 10 pinae *L*, pinee *E* | produxert *G* ‖ 11 in uasculum *G* | superliniri *Vacgs* ‖ 12 peractis *E* | autem *om. p* ‖ 13 amigdala *PST*, amygdola *i* | absentium *PL*, absynthium *ia* | frugeri *G*, *om. i* | gumen *ag*, gummi *i*, semen *G*, comam *s* ‖ 14 fricas *LVTG*, frangas *iacg* | extimaris *i*, estimas *E* ‖ 15 ponderas *pro* tundas *G* | et his *G*, et unum ex his *E* | ciatum *PV*, quiatum *ST*, quatum *G*, sciatum *E* ‖ 16 amfora *P* | et magna—curabis *om. p* ‖ 17 murram *V*, myrram *Gi*, mirram *E* | crocomagna *GE* ‖ 18 modia *G*, singulis *pro* modis *E* | tusa *PLVGT*, tu (*ras.*) sa *S* ‖ 19 cjato *S*, ciato *E*, ciatho *T* ‖ 20 non *pro* ut *p*, uel *G* ‖ 21 longa *L* | meliote *G*

unam, glycyridiae uncias tres, nardi celtici tantumdem,
aloes hepatices uncias duas tundes et cernes et in
sextariis quinquaginta cochlearia sex recondes et uas
pones in fumo. in album colorem uina fusca mutari, 9
si ex faba lomentum factum uino quis adiciat uel
ouorum trium lagenae infundat alborem diuque com-
moueat: sequenti die candidum reperiri. quod si ex
afra pisa lomentum adiciatur, eadem die posse mutari.
uitibus quoque hanc esse naturam, ut alba uel nigra, 10
si redigantur in cinerem uinoque adiciantur, ei unam-
quamque formam sui coloris possint inponere, ut ex ni-
gra fuscum, candidum uero reddatur ex alba, ea ratione
scilicet, ut conbusti sarmenti cineris modii unius men-
sura mittatur in dolio, quod habebit amforas decem,
et triduo sic relictum post operiatur ac lutetur: album
uel, si ita uisum fuerit, nigrum reperiri quadraginta
diebus exactis. uinum quoque adserunt ex molli forte 11
sic fieri: althaeae, hoc est ibisci, folia uel radices aut
eius caulem tenerum decoctum mitti aut gypsum aut
ciceris cotulas duas aut cupressi pilulas tres aut buxi
folia, quantum manus ceperit, aut apii semen aut
cinerem sarmentorum, cui uis flammae corpus reli-

1 glycyridiae *P*, glyciridiae *LVTi*, glycuridiae *G*, gliciridiae *S*, gliciridie *E*, liquiricie *F*, glycirizae *a*, glycyrhizae *cgs* | untia *L*, *om. p* || 2 epatites *PGi*, epatici *a*, epaticum *E* | hepatices uncias duas *om. p* | tundas *V*, tendis *p*, tundis *ceteri* | et cernes *om. p*, et cernis *hab. ceteri* || 3 coclias *P*, coclia *L*, coclearia *VG* | recondis *V*², reconde *ceteri* || 4 ponis *omnes* | colorem *om. p* | uinum *p* | musca *E* | mutari asserunt *ia*, asserunt *incl. cgs* || 5 si quis ouorum trium albuginem infundat diuque *p* | audiat *L* || 6 obolum *L* | lagunae *PL*, laguenae *V*, laguene *G*, lagene *T*, lagoenae *cgs*, albuginem *F* || 7 repperiri *PVF*, repperiri sequenti die candidum. Quod *G* | quod si—mutari *om. p* || 8 afara *E* || 10 imponantur *pro* adiciantur *p* | umoquoque *L*, uino quoque *E* || 11 possint *om. omnes* | ut—fuscum *om. p* || 14 dolium *Ga* | decim *P* || 15 ex *pro* et *SE* | relictur *P* | operietur *i* | acutetur *V*, aut lutetur *i* || 16 repperiri *V* || 18 altheae *omnes* | iuisci *G* || 19 eius—aut *om. E* | gipsum *PS* || 20 pipulas *E* || 21 maius *L* || 22 cuius *pro* cui uis *E* | flaminis *G*, flamma *E*

12 quit exile omni soliditate detracta. uinum uero eadem
die ex austero limpidum atque optimum fieri, si grana
piperis decem, pistacia uiginti adiecto modico uino
simul conteras et in sex uini sextarios mittas diu
omnibus ante commotis, tunc requiescere patiaris et
coles usui mox futurum. item feculentum statim lim-
pidum reddi, si septem pini nucleos in unum uini
sextarium mittas diuque commoueas et paululum ces-
sare patiaris: mox sumere puritatem colarique debere
13 et in usum referri. item quod Cretensibus oraculum
Pythii Apollinis monstrasse memoratur. fieri enim
sic candidum et sumere uetustatis saporem. schoe-
nuanthus uncias quattuor, aloës hepatices uncias quat-
tuor, masticbes optimae unciam unam, casiae fistulae
unciam unam, spicae indicae semunciam, myrrhae opti-
mae unciam unam, piperis unciam unam, thuris masculi
non rancidi unciam unam tundis uniuersa et in tenuis-
14 simum puluerem cribro excutiente deducis. cum uero
mustum ferbuerit, despumabis et omnia uuarum grana,
quae feruor in summum regessit, expelles. tunc gypsi
triti atque cribrati tres italicos sextarios mittes in

1 ea die *PLSTF*, die ea *V*, eo die *E* ‖ 2 in lympidum *i* ‖ 3 pistacia uiginti *om. p* | adiecta *E* | modio *PLSE* | uini *S*, uino *cum* i *suprascripto P* ‖ 4 simul *om. E* | in sextarios uini *E* ‖ 5 tunc *om. p* | patieris *G* ‖ 6 ita *G* | linpidum *E*, in lympidum *a* ‖ 7 in sextarium uini unum *S*, unum *om. E* ‖ 9 debet *E* ‖ 10 item uinum *SE* | quod *om. E* ‖ 11 apollonis *LF*, apollini *S*, apollinis pithii *E* | enim *om. acgs* ‖ 12 squinuanthos *PLVGSEF*, squinuantos *T*, squinarias *p*, si squinuanthos *cgs*, si squinantos *ia* ‖ 13 epatites *PVGSTFi*, epaticae *cgs*, epaticum *E*, epatici *a* | hepat. unc. *om. p* ‖ 14 masticis *PLVGS TFi*, masticum *E*, mastici *ceteri* | obtimae *P*, optime *T*, optimum *E*, optimi *cgs* | casiae — unam *om. S*, *in marg. V* | unciam — rancidi unciam unam *om. i* ‖ 15 unam, piperis unciam unam, spicae *Gacgs* | untiam unam *pro* indicae *L* | semiunciam *SE* | murrae *L*, mirrae *GE*, mi (*ras.*) rrae *V*, murre *F* ‖ 16 piperis unciam unam *hoc loco omittunt Gacgs* ‖ 17 radici *G*, unciam unam non rancidi *L* ‖ 18 cribo *V* ‖ 19 dispumabis *G* | uberarum *E* ‖ 20 feruens *Gi* | in unum *E* | reiecit *Eiacgs*, eressit in summum *p* ‖ 21 mittis *omnes*

uini amforas decem, prius tamen partem quartam uini condiendi in alia uasa transfundes et ita gypsum adicies et dolium uiridi ac radicata canna per biduum fortiter agitabis. tertia uero die ex supra scriptis 15 pulueribus quaterna cochlearia conpleta modestius in denas uini amforas mittes et uini, sicut supra dictum est, quartam partem, quam alibi defuderas, superadicies et dolium replebis et item diu agitare curabis, ut specierum uis omne musti corpus inficiat. tunc operies atque adlines relicto breui foramine, quo 16 aestuantia uina suspirent. sed exemptis quadraginta diebus et hoc spiraculum claudis et deinde, cum libuerit, gustas. illud memento seruare prae ceteris, ut, quotiens uinum mouetur, inuestis puer hoc aut aliquis satis purus efficiat. linimentum quoque dolii non gypso sed sarmentorum cinere debebis inducere. item uinum, quod salutare contra pestilentiam sit et 17 stomacho prosit, fieri fertur hoc genere. in optimi musti metreta una, antequam ferueat, tunsi absinthii octo uncias linteo inuolutas demittes et exactis quadraginta diebus curabis auferre. id uinum refundes lagenis minoribus et uteris. nunc condiunt primo amne 18 musti spumantis egesto, quibus moris est gypso uina medicari. sed si natura lenius uinum est et saporis umecti, in centum congiis duos gypsi sextarios misisse

1 quartam partem *E* ‖ 2 transfundis *PLVGSETF* ‖ 4 dictis *S*[1]*ETp* ‖ 5 quam terna *E* | cloclearia *L*, coclearia *VGEa* | modestius *om. p* ‖ 6 denas *om. p* | mittis *PLVG SETFa* ‖ 7 diffuderas *Gacgs*, diffunderas *i* ‖ 9 mixtum *pro* musti *p* | corpus musti *E* ‖ 10 adlinis *PLSETFia*, a (*ras.*) linis *V*, illinies *p*; oblinies *cgs* ‖ 12 deinde *om. p* | ut *pro* cum *cgs* ‖ 13 illud—inducere *om. p* | seruaris *G* ‖ 16 debere *E* ‖ 17 fit *E* ‖ 18 possit *G*, prosit *supra scripsit rec. man.* | fieri hoc genere fertur *iacgs* | in *om. V* ‖ 19 tusi *PLVG*, tu si *ST* | absenti *PF*, absentio *L*, absinthi *V*, absintii *ST*, absynthii *a* ‖ 20 lintheo *V* | inuolutos *G* | dimittis *PLVSETFi*, demittis *a* ‖ 21 refundis *omnes praeter G* | lagunis *PLF*, laguenis *VTG* ‖ 22 anne S, anno *E* ‖ 23 modis *pro* moris *E* ‖ 24 medicaris *LV* | leuius *Ea*, lentum *p* ‖ 25 centum *om. F* | congiis centum *iacgs*

sufficiet. quod si uinum nascetur uirtute solidius, medietas abunde praedictis poterit satis esse mensuris.

ROSATVM SINE ROSA FIERI.

XV Nunc rosatum sine rosa facies sic. folia citri uiridia sporta palmea missa in musti nondum feruentis uase depones et claudes et exemptis quadraginta diebus melle addito ad modum rosati, cum placebit, uteris.

DE VINIS POMORVM.

XVI Hoc mense omnia, quae locis suis leguntur, ex pomis uina conficies.

DE OENOMELLI.

XVII Mustum de maioribus et egregiis uitibus post uiginti dies, quam leuatum fuerit ex lacu, quantum uolueris, sumes et ei mellis non despumati optimi quintam partem prius tritam fortiter, donec albescat, admiscebis et agitabis ex canna radicata uehementer.
2 mouebis autem sic per dies quadraginta continuos uel, quod est melius, quinquaginta, ita ut, cum moueris, mundo linteo tegas, per quod facile confectio aestuabunda suspiret. post dies ergo quinquaginta munda manu purgabis, quodcumque supernatabit. in uasculo

1 nascitur *omnes* ‖ 2 satis poterit *E* ‖ 5 palmae *G* ‖ 6 uasa *F* | deponis *PLVSETFi* ‖ 7 melle *om. E* | admodo *L* ‖ 9 VINO *E* ‖ 10 leguntur suis *E* ‖ 12 DE YNOMELLI *PLVGS*, DE VINO MELLITO *E*, DE Oenomelli *i*, De oenomelli *acg*, de oenomelle *s* ‖ 14 ex latum *E* ‖ 15 sumis *omnes praeter G* | dispumati *omnes praeter V et (in ras.) G* | optimi *om. p* ‖ 16 quartam S^1 | prius *om. p* ‖ 17 admisces *omnes* | et ex *E* | radica *PL* ‖ 18 continuos—quinquaginta *om. G* ‖ 19 commoueris *G*, cum commoueris *p* ‖ 20 lintheo *V* | confectius *E* | aestu abunda S^1, estu habundat *E*, aestu habunda *V*, aestuanda *i* ‖ 21 respiret S^1E | autem *pro* ergo *acgs* | munda manu *om. p* ‖ 22 purgas *omnes praeter p* | et in uasc. *acgs*

gypso diligenter includis et ad uetustatem reseruas.
melius tamen, si in minora et picata uascula proximo 3
uere transfundas et gypsata diligenter operias et in
terrena et frigida cella recondas uel arenis fluuiali-
bus uel eodem solo uascula ex aliqua parte summergas.
hoc nulla uitiatur aetate, si tam diligenter effeceris.

DE DEFRVTO, CAROENO, SAPA.

Nunc defrutum, caroenum, sapam conficies. XVIII
cum omnia uno genere conficiantur ex musto, modus
his et uirtutem mutabit et nomina. nam defrutum
a deferuendo dictum, ubi ad spissitudinem fortiter
despumarit, effectum est, caroenum, cum tertia per-
dita· duae partes remanserint, sapa, ubi ad tertias 2
redacta descenderit: quam tamen meliorem facient
cydonea simul cocta et igni subposita ligna ficulna.

DE PASSO.

Passum nunc fiet ante uindemiam, quod africa XVIIII
sueuit uniuersa conficere pingue atque iucundum: et
quo ad conditum si utaris mellis uice, ab inflatione
te uindices. leguntur ergo uuae passae quam pluri-
mae et in fiscellis clausae iunco factis aliquatenus
rariore contextu uirgis primo fortiter uerberantur.
deinde ubi uuarum corpus uis contusionis exoluerit, 2

1 et — reseruas *om p* || 3 transfundis *E* | operies *Vi* || 4 uel arenis *om E* || 6 estate *E* | tamen *pro* tam *ps.* | efficeris *E* || 7 DEFRITO *PLVGSE* | CAROENA *L*, CARENO *V*, caloeno *i* || 8 defritum *PLGVSEF* | caloenum *i* | sapa *E* || 10 defritum *PGVSEF* || 12 dispumarit *F*, despumauerit *TEiacgs* | caloenum *i* || 13 remanserint *pro* descenderit *E* || 15 cidonea *SEF*, cidonia *T*, cydonia *Giacgs* | ficulnea *EGacgs* || 17 nunc *om.* S^1E || 18 consueuit *E* | et aequo *V*, et quod ad *E*, et coad *F*, et quoad *ia* | et—conditum *om. p* || 23 contunsionis *E*, confusionis *i*.

cochleae subposita sporta conprimitur. hinc passum est, quicquid efluxerit, et conditum uasculo mellis more seruatur.

DE CYDONITE.

XX Abiecto corio mala cydonea matura in breuissimas ac tenuissimas particulas recides et proicies durum, quod habetur interius. dehinc in melle decoques, donec ad mensuram mediam reuertatur, et coquendo piper
2 subtile consperges. aliter suci cydoneorum sextarios duos, aceti sextarium unum semis et mellis duos sextarios miscebis ac decoques, donec tota permixtio pinguedinem puri mellis imitetur. tunc triti piperis atque zingiberis binas uncias miscere curabis.

DE FERMENTO MVSTEORVM SERVANDO.

XXI Ex nouo tritico purgato farriculum facies et musto sub pedibus rapto curabis infundere, ita ut modio farris lagenam musti adicias: deinde sole siccabis et item similiter infundes ac siccabis. hoc cum tertio feceris, panes ex eo breuissimos admodum facies musteorum et in sole siccatos uasculis nouis fictilibus recondes et gypsabis: pro fermento, quo tempore anni musteos facere uolueris, hoc uteris.

1 cocleae *PV*, coclea *SE* | superposita *L* || 3 ore *E*, vicem *p* || 4 CIDONITE *VSE* || 5 cidonea *SETF*, cydonia *Giacgs* || 6 et *pro* ac *LVF* | ac tenuissimas *om.* *Gp* | durum *om.* *i* || 9 conspergis *PLVGSETFia* | sucum *PLVGSEF* | cidoneorum *SEF*, cydoniorum *iacgs* || 10 aceto *G* | unum *om.* *p* || 11 sextarios duos *E* | miscis *PLV*, misces *GSETF* || et *pro* ac *iacgs* | dequoques *L* || 13 zyngiberis *PL*, gingiberis *VSETp*, uingiberis *F*, zinziberis *iacgs* || 15 farreolum *SE* | et ex musto de sub *as*, et ex musto [de] sub *cg* || 17 laguna *P*, lagunaem *L*, laguenam *GV*, lagunam *F* || 18 infundis ac siccas *omnes* | hoc autem *SE* || 19 ex eo panes *V* || 21 recondis et gypsas *omnes*

DE VVA PASSA.

Vuam passam graecam sic facies. melioris acini XXII
et dulcis et lucidi botryones in ipsa uite torquebis et patieris sponte marcescere, deinde sublatos in umbra suspendes et uuam destrictam cum pones in uasculis, substernes pampinos sicco algore frigentes et manu conprimes et, ubi uas inpleueris, item pampinos addes nihilo minus non calentes et operculabis ac statues in loco frigido sicco, quem nullus fumus infestet.

DE HORIS.

October martium similibus umbris sibi fecit XXIII
aequari.

Hora	I	pedes	XXV,
hora	II	pedes	XV,
hora	III	pedes	XI,
hora	IIII	pedes	VIII,
hora	V	pedes	VI,
hora	VI	pedes	V,
hora	VII	pedes	VI,
hora	VIII	pedes	VIII,
hora	VIIII	pedes	XI,
hora	X	pedes	XV,
hora	XI	pedes	XXV.

3 ac lucidi *SE* | botriones *VSE* | uita *L* ‖ inarescere *iacgs* | inumbram *V* ‖ 5 suspendis *omnes* | districtam *SETFGi*, constrictam *acgs* | conponis *PLVGTF*, componis *SEps*, cum ponis *iacg* ‖ 6 substernis *omnes* ‖ 7 conprimis (comprimis) *omnes* | addis *omnes* ‖ 11 octobris *E* | horis *E* ‖ 14 habet *inserit E* ‖ 15 pedes XIII *G* ‖ 17 pedes V *G* ‖ 18 pedes VI *G*

LIBER DVODECIMVS
SIVE
MENSIS NOVEMBER.

TITVLI.

1 LIBER—NOVEMBER *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS NOVEMBRIS *codices et iags*, TITVLI—horis *om. c* ‖ 5 I De satione—horis *om. E* ‖ 6 disciplina sua *ia* ‖ 15 curbibus *G* | radicis *PLVGT*, redicis *S* ‖ 20 de prunis et pomis *L* ‖ 21 de *omittunt omnes* ‖ 22 mensuum *G*, mensium *SEags*.

DE SATIONE TRITICI, FARRIS, HORDEI, FABAE CUM DISCIPLINA, DE LENTICULA MATURE SERENDA, DE LINI SEMINE.

Hoc mense triticum seremus et far satione legi- I
tima ac semente sollemni. iugerum utriusque seminis modiis quinque tenebitur. nunc et hordeum maturum adhuc seremus. in huius principio fabam spargimus, quae pinguissimum uel stercoratum desiderat locum uel uallem, quam sucus ueniens a summitate

1 sine fine *V* ‖ 4 De uua ut usque *E* | adueri *G* ‖ 5 ouili *LVE*, ouilis *T*, oliui *G* ‖ 12 Oleum liburnico simile *ia* | simili *G* ‖ 15 et emendando *addunt ia* ‖ 16 condendis *i*. *hunc titulum om*. *G* ‖ 19 CUM DISCIPLINA *om*. *E* | et de *ic* | MATURAE SEREDA *G* | MATURE *om*. *iac* ‖ 20 et de *iac* ‖ 21 Novembri mense *cgs* ‖ 22 ac semente sollemni *incl*. *s* | iugerum *om*. *E* ‖ 24 in huius mensis principio S^1 ‖ 25 diligit *pro* desiderat *p* 26 et uallem *E*

fecundat. primo seritur, deinde proscinditur et tunc sulcatur. occanda est large, ut tegi plurimum possit.
2 aliqui locis frigidis dicunt in fabae satione glebas non esse frangendas, ut per eas gelicidiorum tempore possint germina obumbrata defendi. satione eius generis, sicut opinio habet, non fecundatur terra, sed minus laeditur. nam Columella dicit agrum frumentis utiliorem probari, qui anno superiori uacuus fuerit, quam qui calamos fabaceae messis eduxit. pingue iugerum
3 sex modii occupant, mediocre amplius. spisso bene prouenit: macrum locum nebulosumque non patitur. curandum praecipue, ut luna quinta decima seratur, si adhuc ictum solis repercussa non sensit. aliqui dicunt quartam decimam potius eligendam. sanguine caponis Graeci adserunt fabae semina macerata herbis aduersantibus non noceri. aqua pridie infusa citius nasci, nitrata aqua respersa cocturam non habere difficilem. nunc seritur prima lenticula, sicut februario mense narratum est. hoc etiam toto mense poterit lini semen aspergi.

DE PRATIS NOVIS INSTITVENDIS, PONENDIS VITIBVS ET PROPAGANDIS ET CIRCVMFODIENDIS NOVELLIS AC RECIDENDIS MERGIS.

II In huius maxime principio possumus instituere noua prata more, quo dictum est. hoc etiam toto mense locis calidis et siccis uel apricis erit uitium celebranda positio. nunc et propago iure ducetur et

1 fecundet *G T iacgs*, fundat *F* | tunc *om. L* ‖ 3 glebas—satione *om. E* ‖ 4 gelicidiarum *PLVGSF i* ‖ 5 gramina *i* ‖ 7 colomella *P* ‖ 8 superiore *GFacgs* ‖ 9 pingue *om. p* ‖ 11 Macrum uero *T* | solum *pro* locum *iacgs* ‖ 12 Curandum est *acgs*, Curandumque *E* ‖ 13 sed *pro* si *E* | Alii *S*[1] ‖ 17 nasci *om. E* | intrata *E* ‖ 23 NOVIS *E* | MERGIS *om. L*, AC RECIDENDIS MERGIS *om. iac* ‖ 24 maxime mensis *a*, maxime [mensis] *cgs* ‖ 26 uel apricis *om. p*.

locis frigidis nouellas uites et arborum plantas circumfodere atque operire conueniet et ante idus. nunc mergus, hoc est propaginis curuatura, post triennium, quam pressa fuerat, recidetur a uite.

DE VINEA VETERI IN IVGO VEL PERGVLA REPARANDA.

Nunc ac deinceps uinea uetus, quae in iugo est III
uel pergula, si robusto et integro trunco sit, ablaqueata fimo satietur et angustius putata inter quartum et tertium pedem a terra uiridissima parte corticis acuto ferramenti mucrone feriatur ac fossa frequentius incitetur. nam, sicut adserit Columella, ex eo loco germen plerumque producit et ueniente uere fundit materiam, qua uitis reparetur antiqua.

DE PVTANDIS VITIBVS ET ARBORIBVS.

Nunc putatio autumnalis celebratur in uitibus IIII
et arboribus, maxime ubi inuitamur tepore prouinciae. et putantur oliueta. et oliua, cum uaria coeperit esse, colligitur, ex qua primum fiet oleum. nam cum tota nigrescit, quod speciei merito posterauit, fundendi ubertate conpensat. est utilis olearum putatio cete- 2
rarumque arborum, si loci patitur disciplina, ut decisis cacuminibus rami fluentes per latera prona fundantur. quod si regio insolens et incustodita

2 conveniet; et ante Idus nunc *Vs* || 3 hoc *om. p* | postriennium *G* || 4 fuerit *i* || 5 IN PERGULA *E* || 7 ac *om. G* | deinde *E* | in *om. E* || 8 per singula *pro* pergula *L* | uel pergula, si *om. p* || 9 sanetur *E* | angustitius *L* || 10 a *om. PLVSET* || 11 ferramento *L* || 12 colomella *P*, sicut Columella dicit *E* || 13 plurimum *i* || 14 pro uere *E* | repatur *L* | antiqua *om. p* || 15 VITIS *P* | UEL *G* | locis temperatis et reliquis *addunt iac* || 17 ubi *om. V*[1] | tempore *E* || 19 fit *i* || 20 nigrescet *omnes praeter GSE* | spei *a* || 23 decissas *E* || 24 in custodito *E*

contigerit, agendum prius toto arboris corpore ab inferiore parte purgato, ut altidudine animalium supergressa modus transcendatur iniuriae et arbos iam spatio suo tuta curuetur.

DE OLIVETIS PONENDIS ET CVRANDIS AEGRIS ARBORIBVS.

V Nunc etiam locis calidis ac siccis regionibus oliueta ponuntur, sicut februario disputatum est. amat haec arbos arduo locorum situ mediocriter ab umore suspendi, scalpi adsidue, laetaminis ubertate pinguescere, feracibus uentis frequenter agitari. hoc etiam mense oleis sterilibus, quae supradicta sunt, remedia faciemus. nunc et corbes et pali et ridicae bene fieri possunt. etiam nunc locis temperatis est laurini olei iusta confectio.

DE HORTIS.

VI Hoc mense allium bene seritur et ulpicum terra maxime alba fossa et subacta sine stercore. sulcos in areis facies et semina in locis altioribus pones quattuor digitis separata neque altius pressa. sarculabis frequenter, inde plus crescent. si capitatum facere uolueris, ubi coeperit caulis prodire, proculca: ita sucus reuertetur ad spicas. fertur, si luna sub terris posita seratur et item sub terris luna latente uellatur, odoris foeditate cariturum. uel paleis condita allia uel fumo suspensa durabunt. nunc et ce-

3 arbos *PLVF*, arbos in spatioso tuta *G*, arbor *ceteri* ‖ 4 curetur *Fiacgs* ‖ 6 et reliquis *addunt iac* ‖ 9 arbos *PLGSVF*, arbor *ceteri* | mediocri *E* ‖ 11 clementer *LVGS*[2] *TFiacgs* ‖ 12 feracibus *pro* sterilibus *p* ‖ 13 scorbes *E* | radice *PLEF*, radices *VT*, redicae *S*, raedicae *G*, et ridicae *om. p* ‖ 17 et ulpicum *om. p* ‖ 18 sine *om. G* ‖ 22 coeperint *V* | caules *V*[2], culis *F* | prosulcas *G* ‖ 23 ita *om. iacgs* | sucos *V*, sulcus *E*

pulla seri potest et carduorum planta disponi et armoracea seritur et cunela.

DE POMIS.

Hoc mense locis calidis, ceteris uero ianuario VII
persici ossa in pastinatis areis sunt ponenda binis a
se pedibus separata, ut, cum ibi plantae excreuerint,
transferantur. sed ossa ponantur acumine deorsum
uerso et non amplius quam duobus aut tribus palmis
obruantur. ossa uero, quae ponenda sunt, aliqui sic-
cata prius paucis diebus cineris mixtione terra soluta
in qualis reseruant. ego uero usque ad serendi tem-
pus sine ulla cura saepe seruaui. locis quidem qua- 2
libuscumque proueniunt. sed et pomis et frondibus
et durabilitate praecipua sunt, si caelum calidum,
solum harenosum et umidum sortiantur: frigidis uero
et maxime uentosis, nisi obiectu aliquo defendantur,
intereunt. dum tenera sunt germina, saepe herbis
circumfossa liberentur. bimam plantam recte trans-
feremus scrobe breui. nec a se longius statuendae
sunt, ut inuicem se a calore solis excusent. abla- 3
queandae sunt per autumnum et suis stercorandae
foliis. putanda persicus in eo est, ut arida et putria
tantum uirgulta tollantur: nam si quid uiride resece-
mus, arescit. languenti arbori ueteris uini feces aquae
mixtas oportet infundi. adfirmantibus Graecis persi-
cus scripta nascetur, si ossa eius obruas et post sep-
tem dies, ubi patefieri coeperint, apertis his nucleos
tollas et his cinnabari, quod libebit, inscribas. mox

1 potest—cunela *om. p* | carplanta *E* || 3 De persicis E^2 || 5 pastinis *G* | bonis *L* || 6 Et *pro* ut *i* || 7 transferatur *PLV*^{1}*G* || 8 digitis *pro* palmis *acg* || 12 curaui S^1E || 18 cirĩumfusa *E* | Binam *E* || 19 ne *PLT*, neque *SEF* | longe *iacgs* || 22 edem *E*, autumno *acgs* | putrida *VFEicgs* || 23 recensemus *E* || 24 ueteri *G* || 25 gregis *L* || 26 obrues *T* | 26 sex dies *T*, dies VII *Gicgs*

ligatos simul cum suis ossibus obruas diligentius ad-
4 haerentes. genera eorum sunt haec, duracina persica,
praecoqua armenia. si haec arbor ardore solis inare-
scit, frequenti adgestione cumuletur, uespertino iuuetur
umore, obiectis defendatur umbraculis. iuuat in ea
et spolium serpentis adpendi. nunc iam contra prui-
nas stercus ingeratur persico uel feces uini cum aqua
permixtae uel, quod magis prodest, aqua, in qua faba
5 decocta est. si uermes persicus patitur, cinis eos
amurcae mixtus extinguet uel bouis urina cum aceti
tertia parte confusa. si poma caduca sunt, nudatae
radici eius uel trunco lentisci aut terebinthi cuneus
adfigetur uel terebratae in medio palus salicis inpri-
metur. si poma rugosa creabit aut putrida, circa
imum truncum cortex recidatur et, cum inde modicus
umor effluxerit, argilla uel paleato luto plaga rete-
6 gatur. magna poma persicus adfert, si florenti per
triduum ternos sextarios caprini lactis ingresseris.
contra uitia persici proficit spartum ligatum uel spar-
tea suspensa de ramis. mense ianuario uel februario
locis frigidis, nouembri calidis persicus inseratur,
maxime circa terram surculis plenioribus et prope
arborem natis. nam cacumina uel non tenebunt uel
diu durare non poterunt. inseritur in se, in amyg-
dalo, in pruno: sed armenia uel praecoqua prunis,
duracina amygdalis melius adhaerescunt et tempus

2 genera—Armenia *om. p, incl. gs* | duracina—haec *om. PLG*, *in margine habet V omisso* praecoqua, *quod etiam in i desideratur* | Armenia duracina praecoqua *T* ‖ 3 praecoqua Persica *gs*, praecoqua, persica *ac* | marcessit *F* ‖ 5 iuuat—adpendi *om. p* | in eam *E* ‖ 7 uini aquae mixtae *G* ‖ 8 prodeest *P* ‖ 9 eius *L* ‖ 10 extinguit *iacgs* ‖ 13 adficitur *PL*, adfigitur *VG*, affigetur *S*, affigitur *Eicgs* ‖ 14 putria *LEG* ‖ 16 plagua reteguatur *E* ‖ 17 florenti—contra *om. E* ‖ 18 trium *L* ‖ 19 uel *om. SE* ‖ 21 calidis locis *E* ‖ 22 planioribus *E* ‖ 23 Nunc *pro* nam *L* ‖ 24 potuerunt *S*, non poterunt durare *T* | in se *om. L* | amigdalo *VS* ‖ 25 persica *pro* praecoqua *i* ‖ 26 amigdalis *VS*.

aetatis adquirunt. mense aprili uel maio locis cali- 7
dis, in Italia uero utroque exeunte uel iunio persicus
inoculari potest, quod inplastrari dicitur praeciso super
trunco et inplastratis pluribus gemmis more, quo dic-
tum est. persicus rubescit, si platano inserta figatur. 8
duracina seruantur condita muria et oxymelle uel de-
tractis ossibus ficorum more in sole siccantur ac pen-
dent. item saepe uidi detractis ossibus duracina melle
condiri et saporis esse iucundi. item bene seruantur,
si umbilicum pomi gutta picis calentis obpleueris, ut
sic sapae innatare cogantur uase concluso.

Pinus creditur prodesse omnibus, quae sub ea 9
seruntur. pinum seremus nucleis suis calidis et siccis
regionibus mense octobri uel nouembri, frigidis et
umectis februario uel martio. amat locum gracilem,
saepe maritimum. inter montes et saxa uastior et
procerior inuenitur, uentosis et umidis arborum fiunt
incrementa laetiora. sed siue montes uelis conserere
seu spatia quaecumque, haec huic generi deputabis,
quae alteri utilia esse non possunt. exarabis ergo 10
ea loca diligenter atque purgabis et frumenti more
semen asparges ac leui sarculo curabis operire: nec
enim plus quam palmo debet abscondi. defendenda
est tenera arbor a pecore solum, ne calcetur inualida.
proficies, si nuncleos aqua ante triduum macerabis.
aliqui dicunt fructum pineum translatione mitescere: 11

3 quod *om.* *L* | emplastrari *acgs* || 4 implastratis *Si*, emplastratis *acgs* | geminis pluribus *E* || 5 plantatio *E* | inserta *om.* *E* | figitur *G* || 6 oximelle *V* (i *in ras.*) *SEi* || 7 ficuum *E* || 9 iocundi *GE* || 10 pici *G* | gutta *om.* *E* | inpleueris *E* || 11 saepe *G*, sepe *V*² *F* | recluso *E*, et uase claudas *p* || 12 De Pinu (pinu) *ins.* *iac* | prodeesse *P* || 13 ponuntur uel seruntur *E*, sunt *p* | cum nucl. s. *E* || 15 humidis *E* || 17 Ventosi *E* | humectis *T*, humidis locis *SE* || 18 uel *pro* uelis *E* || 19 seu *om.* *E* || spartia *PLV* || 20 quae—purgabis *om.* *E* || 22 semine *F* | aspargis *PLVF*, aspergis *Sa*, aspgis *ET*, asperges *Gicgs* || 24 solum *om.* *iacgs* | ne laceretur *F*, ne calc. inual. *om.* *p* || 25 proficiet *VSEicgs* || 26 nitescere *E*

sed plantas hoc modo procurant, ut prius multa se-
mina in caliculis terra et fimo repletis obruant, quae
ubi processerint, relicto eo, quod solidius est, auferunt
alia: ubi iustum ceperit incrementum, trimam plan-
tam cum ipsis caliculis transferunt, quibus fractis in
scrobe indulgent radicibus largitatem. terrae tamen
aeque stercus admiscent facientes straturam alterno
12 ordine subinde crescentem. seruandum est tamen, ut
radix eius, quae una et directa est, usque ad summi-
tatem suam possit integra et inlaesa transferri. pu-
tatio nouellas pini arbores tantum promouet, quod
expertus sum, ut, quae speraueras incrementa, dupli-
centur. nuces pineae usque in hoc tempus in arbore
esse possunt et maturiores legentur. prius tamen
legendae sunt, quam patescant. nuclei nisi purgati
durare non possunt. tamen aliqui in uasis fictilibus
nouis et terra repletis cum testis suis missos adserunt
custodiri.

13 Pruna si ossibus serantur autumno, mense no-
uembri solo putri et subacto duobus palmis obruan-
tur. ossa eadem ponuntur et mense februario. sed
tunc prius lexiuo sunt maceranda per triduum, ut
cito germinare cogantur. ponuntur et plantis, quas
sumimus ex codice mense ianuario exeunte uel februa-
rio circa idus radicibus fimo oblitis. gaudent loco
laeto et umido: caelo tepido melius proferuntur, tamen
14 queunt et frigidum sustinere. locis lapidosis et gla-
reosis, si iuuantur laetamine, excusant, ne poma

1 plantis *G* ‖ 3 processerant *E* | aut ferunt *G*, auferunt. Aliqui iustum ubi *E* ‖ 4 coeperit *omnes praeter s* | trinam *E* ‖ 6 scrobem *G*, scrobes *SE* | tamen terre *E* ‖ 7 equae *FEiacgs* | stercoratam *pro* straturam *E* ‖ 9 ima *p* ‖ 13 pinae *L* | et usque *iacgs*, usque in hoc tempus *om. p* | in arborem *E* ‖ 15 putrescant *Ep* | qui nisi p ‖ 19 De Pruno (pruno) *ins. iac* | Prune *E* ‖ 21 ponantur *iacgs* ‖ 22 lexibo *PLG*, lexinio *F*, ex libero *E*, lexiuio *acgs* | ponenda et maceranda *E* ‖ 23 plantae *Es* ‖ 24 sumemus *omnes* | ex cortice *V*, ex cortice uel codice *F* ‖ 26 perferuntur *PF*, perfruuntur *Tp* ‖ 28 si *om. PLVSTEG* | in *pro* ne *G*

caduca et uermiculosa nascantur. extirpandae sunt suboles a radice exceptis rectioribus, quae seruabuntur ad plantas. si languida pruni arbor est, amurca cum aqua aequaliter temperata radicibus debet infundi uel bubulum lotium solum uel humanum uetus cum duabus aquae partibus mixtum uel cineres ex forno aut maxime sarmentorum. si poma decurrant, 15 oleastri epiurum terebratae infige radici. uermes eius atque formicas, rubrica cum pice liquida si adlinatur, extinguet, sed modestius propter arboris noxam, ne idem faciat remedium, quod uenenum. iuuatur frequenti umore et adsidua fossione. mense martio extremo prunus inseritur melius trunco fisso quam cortice uel mense ianuario, antequam incipiat gummine lacrimare. inseritur in se et persicum recipit uel amygdalum uel malum, sed eam degenerem reddit et paruam. pruna siccantur in sole per crates loco sicciore disposita. haec sunt, quae damascena dicun- 16 tur. alii in aqua marina uel in muria feruente recens lecta pruna demergunt et inde sublata aut in forno tepido faciunt aut in sole siccari.

Castanea seritur et plantis, quae sponte nascun- 17 tur, et semine. sed quae plantis seritur, ita aegra est, ut biennio de eius uita saepe dubitetur. serenda est ergo ipsis castaneis, hoc est seminibus suis mense nouembri et decembri, item februario. eligendae sunt

2 soboles *E* ‖ 3 arbor pruni *E* ‖ 5 stercus bubulum *p* | lotum *G*, locium *i* ‖ 6 partibus aquae *SE* ‖ 7 furno *V*S^2*TE iacgs et sic saepius* | aut *om. cgs*, et max. *hab. i* ‖ 8 oleastrae *L*, oleaster et *E* | epirum *PSGFi*, epyrum *V*, pirum *LET*, cuneum *a* | infigi *E* ‖ 9 adliniatur *E* ‖ 14 incipiant S^2 | gummae S^1, gumme *E*, gumen *Piacgs* ‖ 15 lacrime *E* | inseritur autem *T* | in persico et amygdalo et malo *p* ‖ 16 amigdalum *VS* ‖ 18 sicciori *E* | dispositas *G*, deposita *i* ‖ 19 ut *pro* uel *F* | in muria *om. F*, [in] muria *hab. cgs*, aqua *pro* muria *p* | recentia *E*, recenter *a* ‖ 20 lecta *om. E* ‖ 21 aut sole *L* | siccare V^1S^1E ‖ 22 De Castanea (castanea) *ins. iac* | nascantur *F*, *om. E* ‖ 25 ergo *om. G* | castaneis suis *p* | mense *om. p*

castaneae ad ponendum recentes, grandes, maturae:
quas si nouembri mense ponamus, facilem se prae-
18 sentia fructus ipsius praestat. si uero februario pone-
mus, ut usque tunc duret, ita faciendum est. in um-
bra castaneae siccentur expansae. tunc in angustum
et siccum locum translatae cumulum faciant et eas
omnes fluuialis harena diligenter operiat. post dies
triginta eas remota harena in aquam frigidam mittis.
quae sanae sunt, merguntur: supernatat, quaecumque
uexata est. item quas probasti, similiter obruis et
post triginta dies aeque probas. hoc cum tertio fece-
ris, usque ad ueris initium serere debebis, quae man-
19 serint inlibatae. aliqui in uasculis seruant harena
pariter missa. amant solum molle et solutum, non
tamen harenosum. in sabulone proueniunt, sed hu-
mecto. nigra terra illis apta est et carbunculus et
tofus diligenter infractus. in spisso agro et rubrica
uix prouenit: in argilla et glarea non potest nasci.
diligit caeli statum frigidum, sed et tepidum non
recusat, si humor adsenserit. delectatur cliuis et opa-
cis regionibus ac maxime in septemtrionem uersis.
20 pastinari ergo locus debebit, qui huic destinatur
arbusto, altitudine pedis unius semis uel duorum
uel totus aut sulcis in ordinem destinatis aut certe
aratris resolui hinc inde findentibus: qui fimo satia-
tus ac redactus in puluerem castanearum semen acci-
21 piat non amplius pedis dodrante demersum. unicui-
que semini propter notam surculus debet adfigi. ipsa

1 ad serendum *p* | recentes *om. E* ‖ 2 ponemus *G*, seramus *iacgs* | facilem sepe praestant *(ras.)* fructum. Si *V* | praesentia *om. p* ‖ 3 uero *om. G* | ponimus *G*. ponamus *iacgs* ‖ 4 durent *Eicgs* ‖ 6 cumulataeque diligenter fluuiali arena operiantur *p* | faciunt *omnes praeter E* ‖ 8 in aqua frigida *i* ‖ 10 uexata sunt *G* | obrues *omnes* ‖ 11 iterum probatis *p* ‖ 17 tophus *E* | rubrico *E* ‖ 19 diligunt *p* | et *om. G* ‖ 22 destinetur *G* ‖ 23 unius et semis *E* ‖ 24 totius *G*, uel totus aut *om. p* | uel sulcis *s* ‖ 27 pedes *L*, pedum *E*, *om. F*

semina singulis locis simul terna uel quina ponantur et inter se quattuor pedum spatio separentur. quibus transferre placuerit, bimas plantas transferre debebunt. locus tamen deductoria liquoris accipiat, ne humor insidens limo germen extinguat. cui placet, potest castaneae in propaginem ducere ima uirgulta, quae in radice nascuntur. nouum castanetum circumfodi debet adsidue. mense martio et septembri incrementum maius adquirit, si putationibus adiuuetur. castanea inseritur, sicut probaui ipse, sub cortice 22
mense martio uel aprili, tamen genere utroque respondet. potest et inoculari. inseritur in se et in salice, sed ex salice tardius maturat et sit asperior in sapore. castaneae seruantur uel in cratibus dispositae uel intra sabulonem, ne inuicem tangantur inmersae uel in uasculis fictilibus nouis conditae et loco sicciore defossae uel inclusae uirgeis ex fago receptaculis et lutatae, ut spiracula non relinquas, uel hordei paleis minutissimis obrutae uel palustri ulua figuratis densioribus sportis reclusae.

DE POMIS ALIORVM MENSVM. Hoc mense 23
locis calidis ac siccis regionibus agrestium pirorum plantas ponimus, quas postea possimus inserere, et malorum uel mali punici et cydonei et citri et mespili, fici, sorbi, siliquae et plantas agrestis cerasi post inserendas et mori taleas et amygdali semina

1 simul *om. p* | uel—pedum *L² in rasura* ‖ 2 separantur *V* ‖ 3 binas *E* | transferant. Locus *p* ‖ 5 Quibus *E* ‖ 6 propagine *G*, propagitionem *E* | una *E* ‖ 7 castaneum *LGS¹EF* ‖ 8 mense *om. p* | septembris *G* | Maius adquirit incrementum *E* ‖ 9 acquiris *i* ‖ 10 in se *pro* ipse *SETG* ‖ 11 tamen—in se *om. p* | germine *T* | utrique *S² in margine* ‖ 12 et *ante* inoc. *om. V¹* ‖ 13 sed in salice *p* | maturat—sapore *om. p* ‖ 14 dispositae—obrutae *om. p* ‖ 15 inter *G*, in *E* ‖ 16 condicte *P* ‖ 19 obruta *G* ‖ 20 uua *E* ‖ 21 DE—MENSVM *om. TF*, DE Pomis aliis *i*, DE pomis aliis *ac* ‖ 22 regionibus *om. p* ‖ 23 possemus *PLV* ‖ 24 malorum uel *om. p* | cidonei *GSET*, cydonii *Fiacgs* | cytri *PLV* ‖ 25 spici *pro* fici *G* | agrestes *E* ‖ 26 post *om. S¹E* | amigdali *VS*

et nuces iuglandes, si in seminariis, quo dictum est more, pangantur.

DE APIBVS.

VIII Huius mensis initio apes ex tamarici floribus reliquisque siluestribus mella conficiunt: quae auferenda non sunt, quia seruantur hiberno. eodem mense sordibus liberandi sunt aluei, quia tota hieme eos mouere aut aperire non possumus. sed haec die aprico tepidoque facienda sunt, ut pennis maxime auium maiorum, quae habent rigorem, uel aliquo simili omnia interiora mundentur, quo manus non ualebit adtin-
2 gere. tum rimas omnes, quae sunt extrinsecus, luto et fimo bubulo mixtis linamus: et insuper genestis uel aliis tegumentis similitudinem porticus imitemur, ut possint a frigore et tempestate defendi.

REMEDIVM VITIBVS, QVAE SINE FRVGE LVXVRIANT.

VIIII Locis calidis et apricis uites, quae fructu carent, fronde luxuriant et pauperiem fetuum conpensant ubertate foliorum, nunc pressius putare conueniet, frigidis uero mense februario. si permanebit hoc uitium, circumfossas harena fluuiali uel cinere debebimus adgerare. quidam lapides inserunt inter flexuosa radicum.

1 co *P*, quod *L*, quo dictu more *E* ‖ 2 panguntur *PLV in ras.*, *GT* ‖ 4 tamarisci *iacgs* ‖ 8 uel *E* | decet *pro* possumus *acgs* ‖ 9 et *pro* ut *iacgs* | pinnis *PLF*, pinguis *p*, *om. E* | malorum *P* ‖ 12 tunc *E* | omnes rimas *SE* ‖ 13 liniamus *E* | genistis *G* ‖ 14 imitentur *i* ‖ 17 LVXVRIANTVR *E* ‖ 19 ubertati *E* | putare pressius *Fiacgs* | Frigidos *V* ‖ 21 mense *om. p* ‖ 22 harenas fluuiales uel cineres debemus aggerare *V*, arenam fluuialem uel cinerem debebimus aggregare *E*, debemus aggregare *p*, aggerare *G* ‖ 23 fluxuoso *L*, fluxuosa *GE*

REMEDIVM STERILI VITI.

Hisdem temporibus et locis uitem, quae sterilis fuerit, Graeci ita praecipiunt esse curandam. trunco eius fisso lapidem adserunt includendum et ibi urinae ueteris humanae quattuor cotulas circa truncum debere suffundi, ut ad radices instillatio ipsa descendat. tunc adiciendum laetamen terra admixta et circa radices solum omne uertendum. X

DE ROSARIO EX PAVCIS VIRGVLIS INSTITVENDO.

Quamuis mense februario sint conserenda rosaria, tamen locis calidis, apricis atque maritimis hoc etiam mense poterimus instituere roseta. quae si indigus plantarum uolueris ex paucis uirgulis habere copiosa, quaternorum digitorum surculos gemmantes cum geniculis suis debebis excidere, in modum propaginis sternere, stercore ac rigationibus adiuuare: ubi anni aetatem conpleuerint, pedis spatio inter se transferre disiunctos atque ita solum, quod huic generi deputabis, inplere. XI

VT VVA VSQVE AD VER RESERVETVR IN VITE.

Graecis adserentibus, ut uuam serues in uite usque ad ueris initia, circa ipsam uitem, quae fructu XII

1 STERILIS VITIS *E* ‖ 2 Isdem *E* ‖ 4 fixo *E* | inserunt *S* | ubi *G* ‖ 6 diffundi *Vi* | instillationem *G* ‖ 7 adiciendam terram laetamine admixto *S*, adiciendum terram letamine admixto *E*, adicienda est terra admista laetamine *a*, terra laetamen admixta *ceteri* ‖ 9 DE *om. E* | VIRGVLTIS *PVGE*, uirgultis *ia* ‖ 13 instituere poterimus *E* | rosaria *p* | indiguus *G*, in digitis *E* ‖ 14 uirgultis *E* ‖ 15 germinantes *E* | genuculis *L* ‖ 16 et in modum *Eia*, [et] in modum *cgs* | stercorare *p*, et stercore *a*, [et] stercore *cgs*, *om. F* ‖ 18 pleuerint *F* | ferre *E* ‖ 19 disiunctos *om. p* | disputabis *L* ‖ 21 De uua, quae *a* | UERE *G* ‖ 24 ad ueris *om. L*

plena est, loco umbroso scrobem fodies altitudine trium pedum, latitudine duorum et mittes sabulonem, et ibi calamos figes, in quibus retorquebis adsidue sarmenta fructibus plena et inlaesis botryonibus adligabis, ut solum non contingant, et cooperies, ut imber
2 eo penetrare non possit. item Graecis docentibus uuas uel poma in uite aut arbore si diu seruare uolueris, uasculis clausa fictilibus ab ima parte pertusis diligenter a summo tecta suspende, quamuis poma et gypso cooperta in longam seruentur aetatem.

DE GREGIBVS OVILLI GENERIS ET CAPRINI.

XIII Hoc mense agnorum prima generatio est. sed agnus statim natus uberibus maternis admouendus est manu. prius tamen exiguum lactis, in quo spissior est natura, mulgendum, quod pastores colostram uocant: namque hoc agnis, nisi auferatur, nocebit. ac primo per biduum natus cum matre claudatur. tunc septis obscuris seruetur et calidis: ita secluso paruu-
2 lorum grege matrices mittantur in pascua. sufficiet autem, priusquam procedant matres mane et cum saturae reuertuntur ad uesperam, agnis ubera haurienda permittere. qui donec firmentur, intra stabulum furfuribus uel medica herba uel, si est copia, farina hordei pascantur ingesta, donec conceptum

2 mittis *omnes praeter G* ‖ 3 figis *omnes praeter G* | retorques *PLVSETFi* ‖ 4 sarmenta *om. E* | botrionibus *VS* ‖ 5 imbre penetrari *G* ‖ 7 uuas in uite aut poma in arbore *acgs* | uel in arbore *T* ‖ 8 fictilibus clausa *E* ‖ 9 assumo *P* | tecto *V* ‖ 11 OUILI *GE*, ouili *i* | ET PASCENDI ORDINE *addit E* ‖ 13 manibus *pro* maternis *G* | admouendus est. manu *omnes praeter Gs* ‖ 14 latus *G* ‖ 15 mulgendum est *cgs* | colostrum *SE* ‖ 16 haec *i* | offeratur *P*, auferantur *T* ‖ 18 obscurioribus *G* | seruetur in calidis *L* | item *p* | sole clauso *pro* secluso *G* ‖ 19 matres *Ep* | mutantur *G*, *om. E* ‖ 20 matrices *editiones* ‖ 21 reuertentur *E* ‖ 22 permittent *E* | in terra *pro* intra *E* ‖ 23 si farinae hordei est copia *p* ‖ 24 in tecta *pro* ingesta *E* | concepto paulisper robore *s*, robor *V*

paulisper robur aetatis pascuum matribus possit habere commune.

DE PASCENDI ORDINE. Pascua ouillo generi 3 utilia sunt, quae uel in noualibus uel in pratis siccioribus excitantur: palustria uero noxia sunt, siluestria damnosa lanatis. salis tamen crebra conspersio uel pascuis mixta uel canalibus frequenter oblata debet pecoris leuare fastidium. nam per hiemem, si penuria est feni uel paleae, uicia uel facilior uictus ulmi seruatis frondibus praebeatur aut fraxini. aestiuis 4 mensibus pascantur sub lucis initio, cum graminis teneri suauitatem roris mixtura commendat. quarta hora calescente potus puri fluminis aut putei praebeatur aut fontis. medios solis calores uallis aut arbor umbrosa declinet. deinde ubi flexo iam die ardor infringitur et solum primo imbre uespertini roris humescit, gregem reuocemus ad pascua. sed canicu- 5 laribus et aestiuis diebus ita pascendae sunt oues, ut capita gregis semper auertantur a solis obiectu. hieme autem uel uere nisi resolutis gelicidiis ad pascua prodire non debent: nam pruinosa herba huic generi morbos creabit. ac tunc semel aquare sufficiet. graecas oues sicut asianas uel tarentinas moris est stabulo potius nutrire quam campo et pertusis tabulis solum, in quo claudentur, insternere, ut sic tuta cubilia propter iniuriam pretiosi uelleris umor reddat elabens. sed tribus per annum totum diebus aprico die lotas 6

1 pastum S^1*E* | cum matre *E* | possint *icgs*, *om. p* || 3 *titulum hoc loco om. E* | ouilo *i* || 5 Plaustria *E* || 6 scalis *V* | respersio *i* || 8 penuaria *P* | faenum *LVG*, foenum *iacs* || 9 palea *iacgs* | uel uicia *omnes praeter G*, *qui* paleae. uel uitia *habet.* || 10 fraxi *PLVF*, frax in *E* || 12 mixturam *G* || 14 solis ardores aut *p* || 15 arbor infrinatur *E* || 18 oues *om. G* || 19 semper *om. E* | hieme uero *E* || 22 adaquare *Fiacgs*, aqua *G* | aquare semel *E* | DE OVIBUS GRAECIS *inserit S* || 23 asinas *Ei* | terentinam *PLVSTF*, terentinas *G*, tarentianas *E* | est *om. E* | potius stabulo *iacgs*, stabulo *et* nutrire *om. p* || 25 instruere *E* | et sic *L* || 26 propter iniuriam *om. E* || 27 totum *incl. s*

oues ungere oleo oportebit et uino. propter serpentes, qui plerumque sub praesepibus latent, cedrum uel galbanum uel mulieris capillos aut ceruina cornua frequenter uramus.

7 DE CASTRIS. Nunc hirci admittendi sunt, ut fetum primi ueris fouere possit exortus. sed caper eligendus, cui sub maxillis duae uidentur pendere uerruculae, magni corporis, crassis cruribus, breui plenaque ceruice, auribus flexis et grauibus, paruo capite, nitido, spisso et longo capillo. ad ineundas feminas et ante anniculum congruus, non autem durat ultra sexennium. capella similis corporis sed magnis ube-
8 ribus est legenda. non tamen ita multae caprae ut oues una statione claudantur, quam luto et stercore carere conueniet. haedis supra lactis abundantiam, edera et arbuti et lentisci cacumina sunt saepe praebenda. trimae educare optime possunt: quod teneriores matres generant, transigendum est. sed ultra octo annos seruandae non sunt matrices, quia genus hoc longiore sterilescit aetate.

DE GLANDIBVS COLLIGENDIS.

XIIII Hoc tempore glandis legendae ac seruandae cura nos excitet: quod opus femineis ac puerilibus operis celebrabitur facile more bacarum.

3 muleris *G* | 4 uramus *om. E* || 5 *Hunc titulum om. E* || 7 eligendus est *ias*, eligendus [est] *cg* | ueruiculae *Lp*, uerriculae *S*, uerricule *E* || 8 planaque *SE* || 9 et cornibus grandibns *addunt post* grauibus *SE* | caput *G* || 10 longuo *E* || 11 annum *p* | congruum *E* || 13 eligenda *FEcgs* || 14 claudende *p* || 16 arbusta *E* | saepe *om. p* || 19 nutrices *E* || 20 longiori *i* | sterelescit *PLVF* || 21 DE COLLIGENDIS GLANDIBVS *E* || 22 circa nos excitet opus. quod *E* || 23 pueribus operibus *L*, puerilibus studiis *i* || 24 facile *om. p*

DE MATERIE CAEDENDA.

Nunc materies ad fabricam caedenda est, cum XV luna decrescit. sed arbores, quae caedentur, usque ad medullam securibus recisas aliquamdiu stare patieris, ut per eas partes umor, si quis in uenis continetur, excurrat. utiles autem sunt maxime hae. abies, quam gallicam uocant, nisi perpluatur, leuis, rigida et in operibus siccis perenne durabilis. larex utillima, ex qua si tabulas suffigas tegulis in fronte atque extremitate tectorum, praesidium contra incendia contulisti: neque enim flammam recipiunt, aut carbones possunt creare. quercus durabilis, si terrenis 2 operibus obruatur et aliquatenus palis. aesculus aedificiis et redicis apta materies. castanea mira soliditate perdurat in agris et tectis, et operibus ceteris intestinis, cuius solum pondus in uitio est. fagus in sicco utilis, umore corrumpitur. populus utraque, salix et tilia in sculpturis necessariae. alnus fabricae inutilis sed necessaria, si umidus locus ad accipienda fundamenta palandus est. ulmus et fraxinus, si siccentur, rigescunt, ante curuabiles catenis utiles habentur. carpinus utillima, cupressus egregia, pinus nisi 3 in siccitate non durans: cui contra celerem putredinem conperi in Sardinia hoc genere prouideri, ut

2 est *om.* *G* ‖ 3 caeduntur *S*, ceduntur *EVF* ‖ 6 sunt autem *LVGSETF* | hae maxime *iacgs*, maxime *om.* *p* ‖ 7 ni super pluantur *E*, nisi perluatur *icgs* ‖ 8 per hyemem *pro* perenne *E* | DE LARICE ins. *G* | Larix *editiones* | ultima *T* | utilissima *iacgs* ‖ 9 sed *pro* si *E* | tegulis *om.* *p* ‖ 10 incendium *E* ‖ 11 flammam *om.* *E* ‖ 12 creare possunt *iacgs*, creant. Quercus *p* ‖ 13 Aesclus *PLV*, esculis *E*, esclus *F* ‖ 14 radicis *GT*, recidis *VE*, reduris *F*, ridicis *iacgs* | et ridicis *om.* *p* | alta *pro* apta *E* | materies *om.* *p* ‖ 15 operibus internis, cuius *p* ‖ 17 populus utraque *om.* *S*[1]*E* ‖ 18 et salix *acgs* | sculturis *PT*, culturis *E*, scalpturis *acgs* ‖ 19 Sed *pro* si *E* | ut accip. *V*, *om.* *p* ‖ 20 parandus *E* ‖ 21 catinis *G*, cathenis *Ei* ‖ 22 Caprinus *S*[1]*EFG*, carbinus *V* | ultima *T*, utilissima *iacgs* | carpinus utillima *om.* *p* | egregia; utillima *E* ‖ 23 celerem *om.* *p* ‖ 24 sardia *L*

excisae trabes eius aut in piscina qualibet anno toto mersae laterent post operi futurae aut harenis obruerentur in litore, ut adgestionem, qua tectae essent, alternis aestibus reciprocans fluctus ablueret. cedrus durabilis, nisi umore tangatur. quaecumque autem ex parte meridiana caeduntur, utiliores sunt: quae uero ex septemtrionali, proceriores, sed facile uitiantur.

DE TRANSFERENDIS ARBORIBVS MAIORIS AETATIS.

XVI Hoc mense locis siccis, calidis et apricis maiores arbores transferemus truncatis ramis, inlaesis radicibus, multo stercore et rigationibus adiuuandas.

DE OLEO FACIENDO SECVNDVM GRAECOS ET EMENDANDO.

XVII Graeci in conficiendi olei praeceptis ista iusserunt. tantum legendum esse oliuae, quantum nocte ueniente possimus exprimere. molam primo oleo debere leuiter esse suspensam. ossa enim confracta sordescunt: quare de solis carnibus sit prima confectio. salignis canistros fieri debere uirgultis, quia
2 genus hoc oleum dicitur adiuuare. nobilius erit, quod sponte defluxerit. sales deinde ac nitrum iubent nouo oleo misceri, ut haec res spissitudinem eius absoluat: dein, cum amurca subsederit, oleum purum triginta diebus exactis in uitrea uasa transferri. secundum simili disciplina fieri, sed mola fortiore quassari.

1 toto *om. G* || 2 mersae *om. p* || 3 ad digestionem *E* || 4 actibus *E* | aestus *pro* fluctus *p* | ablueret *VGE*, allueret *ceteri* || 7 Septentrione *p* | uitientur *V* || 8 MINORIS *G* || 11 truncatas *PLSG* || 15 conficiendo *P* | ita *G* || 16 legenda *E* || 19 carnalibus *G* || 20 et de salignis *Ea*, [et de] salignis *cgs*, saligineis *p* | debet *E* | qua *E* || 24 Deinde *SEFiacgs* || 25 uitreo uase *V* || 26 cassari *E*

OLEVM LIBVRNICO SIMILE.

Oleum primum liburnico simile fieri adserunt XVIII Graeci, si in optimo uiridi inulam siccam et lauri folia et cyperum omnia simul tusa et subtiliter creta permisceas cum salibus torrefactis ac tritis et diu oleo iniecta perturbes, dehinc tribus aut aliquanto amplius diebus, cum quiescet, utaris.

VT OLEVM SORDIDVM PVRGES.

Si sordet oleum, frictos et adhuc calentes XVIIII sales inici iubent et diligenter operiri: ita mundum reddi post tempus exiguum.

DE OLEO ODORIS HORRENDI.

Si fuerit odoris horrendi, uirides oliuas sine XX ossibus tundi et in olei metreta choenicas duas mitti. si bacae defuerint, caules tenerrimos oleae similiter esse tundendos. nonnulli utraque permiscent adiecto etiam sale. sed omnia intra linteum inclusa suspendunt atque ita in uas olei demittunt. postea tribus diebus exemptis auferunt et oleum in alia uasa transfundunt. quidam mittunt uetustum laterem torrefac- 2
tum. plerique hordeaceos panes breuiter figuratos et

1 OLEO *L*, SIMILEM *PG*, DE OLEO LIBURNICO SIMILE *E* || 2 Oleum liburnico simile primum *E* || 3 et uiridi *E*, uiridi oleo *a*, uiridi [oleo] *cgs* | in ullam *G*, anulam *E*, mulam *p* || 4 iuniperum *SE*, ciperum *GT* | tunsa *E* | subtiliata *pro* subtiliter creta *p* || 6 deinde *cgs* || 7 decursis diebus *a*, [decursis] diebus *cgs* | quiescit *E*, quieuerit *iacgs* || 8 QVO MODO OLEVM SORDIBVS PVRGES *E* || 11 exiguo tempore *p* || 12 HORENDI *Q** || 13 uirides *om. p* || 14 iubent tundi *E* || metretreta *Q* | conchas *G* || 15 culos *E* || 16 addito *i* || 17 etiam *om. p* | lineum *L*, lintheum *V* clusa *PQLFia*, clausa *ceteri* || 18 dimittunt *PLQVSTFE*, demictunt *i* || 19 exactis *S*[1]*Ea* || 21 hordeacios *PQS*[1] | panes et linteo *p*

* *De codice Q vide praef.*

raro linteo inuolutos mergunt et nouos subinde permutant. ubi hoc bis aut tertio fecerint, sales iniciunt et in alia uasa translatum per paucos dies sidere pa-
3 tiuntur. quod si aliquod animal forte deciderit et oleum putredine ac nidore uitiarit, iubent Graeci coriandri manipulum in olei metreta suspendi atque ita paucis diebus manere. si nihil de horrore decusserit, mutandum coriandrum, donec superetur hoc uitium. sed maxime proderit post senos dies in uasa munda
4 transferre: melius, si acetum ante uexerunt. quidam feni graeci semen siccum tritumque permiscent uel incensos oleaginos carbones in ipso oleo frequenter extinguunt. si acerbus odor fuerit, uuae excrementa, quae Graeci gigarta uocant, praecipiunt tusa et in massam redacta mersari.

DE OLEO RANCIDO CVRANDO.

XXI Oleum rancidum Graeci adserunt sic posse curari. albam ceram mundo et optimo oleo resolutam et adhuc liquentem mitti in eo iubent, tunc sales frictos calentes addi, operiri atque gypsari: sic fieri, ut oleum purgetur sapore et odore mutato. oleum tamen omne in terrenis locis esse seruandum et eam eius esse naturam, ut sole uel igne purgetur uel aqua feruenti, si simul misceantur in uasculo.

2 mittunt *iacgs* ‖ 3 paucis diebus *p* | side *Q*, residere *Ep*, subsidere *iacgs* ‖ 4 si aliquod *om. SF*, aliquod *om. ip*, quod si animal forte deciderit aliquod *habet E* ‖ 5 nidere *Q*, ac nidore *om. p* | uitiauit *V*, uitiauerit *Eacgs* | coliandri *PLQVSEF* ‖ 7 nidore *pro* horrore *acgs* | decesserit *s* ‖ 8 coliandrum *PLQVSEF*, est cor. *iacgs* ‖ 9 post X dies *p* ‖ 10 Melius autem *E* | uixerunt *L*, iniecerint *E* ‖ 11 fenugrecum siccum *Ep* | semen *om.* *S*[1] ‖ 13 extingunt *EG*, immergunt *p* | uua *Q* | extrema *E* ‖ 14 gigarat *F*, *γίγαρτα iacgs* | tunsa *E* ‖ 15 indempsari *p* ‖ 18 et adliquentem *G* ‖ 19 oleo *pro* eo *SEFiacgs* ‖ 23 feruentis *G* | si *om. PLQV*[1]*G* ‖ 24 misceatur *TE*

DE CONDIENDIS OLIVIS.

Hoc etiam mense oliuas condiemus. harum XXII
genera sunt diuersa. columbades oliuae fiunt sic.
alternis cratibus oliuarum puleium sparges et mel et
acetum et sales modice stratura intercedente suffun-
des. item sternes oliuas supra surculos feniculi uel
anethi siue lentisci et ramulis oliuae subditis aceti
heminam et muriam superfundes et has constructio-
nes usque ad uasculi plenitudinem patieris insurgere.
aliter electas oliuas muria maturabis, post quadra- 2
ginta dies muriam fundes uniuersam: tunc duas de-
fruti partes, aceti unam, mentam minute incisam
uasculo adicies et oliuas replebis, ut ius iusta in-
fusione supernatet. aliter oliuas manu lectas una
nocte integra in balnei uapore esse patieris tabulae
uel crati superpositas: mane balneis exemptas salibus
tritis consperges et uteris: quae non amplius quam
octo diebus poterunt custodiri. aliter oliuas inlaesas 3
primo mittis in muria: post dies quadraginta leuabis
atque intercides acuto calamo: et, si dulciores habere
uolueris, duas sapae partes et aceti unam, si acrio-
res, aceti duas et sapae unam debebis infundere: ali-
ter passi sextarium unum, cineris bene creti, quantum

1 DE OLIUIS CONDIENDIS *G* || 3 Columbares *PLQVS ETFGi*, Colymbades *acgs* || 4 pulegium *E* || spargis *omnes* || 5 statura *PLQGVSE* || 6 oliuas *om. E* || 7 aneti *QVS* | ramis *i* | acetum *Gp* || 8 heminam *om. Gp* | suffundis *i*, superfundis *ceteri* | confluctiones *V*, constrictiones *F* || 9 patiaris *E* | exurgere *p* || 10 oliuas electas *E* || 11 infundis *F*, fundis *ceteri* | uniuersam *Q* | duas *om. E* | defriti *PQV* (i *in ras.*) *SGF*, defri (*ras.*) ti *L*, defricti *E*, defruti *editiones* || 12 minutae *G* || 13 oliuis *acgs* | ius *om. codd. et i*, liquor *habent post* infusione *acgs* 16 cratis *PLQ*, crate *T* || 17 consparges *Qi*, sonspges *T* || 18 plus VII diebus *p* | dies *iacgs* | electas *pro* inlaesas S^1E 19 muriam *G* || 20 intercidis *PLQSTF*, intercidas *V* | dulciores si *E* || 21 saepe *LQ* | et aceti duas *L* || 22 saepe *LQ* 23 criti *p*

manus utraque gestabit, uini ueteris unum semisicilicum et aliquantum cupressi foliorum. mixtis omnibus oliuas infundis, inculcas: et subinde crustam faciendo saturabis, donec ad uasculorum summa ora
4 peruenias. aliter oliuas, quas iacentes reppereris, rugis contrahentibus crispas colliges et salibus tritis respersas expandes, donec sole inarcescant. tunc substrato lauro alternas crates bacarum saepius ordinabis: tunc defrutum cum satureiae fasciculo duabus aut tribus undis feruere patieris et, postquam tepuerit, supra conpositas bacas refundes admixto sale paululo et origani fasce coniecto supra ius omne per-
5 fundes. aliter lectas bacas ex arbore statim condies, rutam et petroselinum sternes inter spatia structionis et subinde cyminati salis aspersione cumulabis. postremum mel et acetum superfundes. nouissime optimi olei quantumcumque miscebis. aliter leges oliuas ex arbore nigras et conpositas muria dilues: tunc ollae adicies mellis partes duas, uini unam, defruti dimidiam: ubi simul deferuuerint, depones ac permouebis et acetum miscebis: cum refrixerit, super oliuas origani surculos sternes et supra ius omne dif-
6 fundes. aliter oliuas manu lectas cum pediculis aqua

1 semiciculum *SEip*, simiciculum *PLQVTF*, simiculum *G*, suniculum *acg* ‖ 2 aliquanti *E* ‖ 5 repereris *VFiacgs* ‖ 6 colligis *omnes* ‖ 7 expandis *omnes* | sale *E* | inarescant *icgs* | subtracto *E* ‖ 9 defritum *QGSVF*, defrictum *E* | fasculo *SE* ‖ 10 fruere *L* | patiaris *E* ‖ 11 bracas *P* | amixto *E* ‖ 12 paululum *E* | omne ius *E* | perfundis *PLQVGSETF* ‖ 14 petrosilenum *S*, petrosilinum *ETa* ‖ 15 ciminati *S*[1]*ET*, seminati *i* ‖ 16 postremo *G* | superfundis *PLQVGSETFi* ‖ 17 colligis *G*, legis *ceteri* | composita *E* ‖ 18 diluis *acgs* ‖ 19 adicis (adiicis) *omnes* | uni *pro* uini *L* | defriti *QV* (i *in ras.*) *GS*, defricti *E* ‖ 20 et ubi *iacgs* | deferuerint *PLVSF*, defuerint *Q* | deponis *PLQVGiacgs*, depomis *F* ‖ 21 permoues *et* misces *omnes praeter E*, *qui* permouens *et* miscens *habet* | refrixerint *s*, refrigeraueris *E* ‖ 22 sternis *omnes* | diffundis *V*[1], diffundentes *F*

spargis tribus diebus: deinde mittis in muria et post septem dies exemptas in uase adicis cum musti et aceti aequis ponderibus: et inpletum uas ita operies, ut aliqua spiramenta dimittas.

DE HORIS.

Nouembrem et februarium ratio temporis per XXIIII horas dierum fecit aequales.

Hora	I	pedes	XXVII,
hora	II	pedes	XVII,
hora	III	pedes	XIII,
hora	IIII	pedes	X,
hora	V	pedes	VIII,
hora	VI	pedes	VII,
hora	VII	pedes	VIII,
hora	VIII	pedes	X,
hora	VIIII	pedes	XIII,
hora	X	pedes	XVII,
hora	IX	pedes	XXVII.

1 in *om.* *E* | mururia *Q*, muriam *TG* ‖ 2 septem post dies *V* ‖ 7 dierum *om.* *EG* | duxit *EG* ‖ 8 habet *inserit* *E*

LIBER TERTIVS DECIMVS
SIVE
MENSIS DECEMBER.

TITVLI.

1 LIBER—DECEMBER *om. codd.* ‖ 4 TITVLI MENSIS DECEMBRIS *codices et iags* ‖ 5 I—horis *om. E* ‖ 6 matheriae *Q* ‖ 7 radicis *PLQGVST*, ridicis *iags* | de oleo *g*, de (et) oleo *s* | ac myrtino *i*, (ac) myrtino *s* ‖ 10 senapi *similiter ac supra* | cunela *item* ‖ 11 ypomelidibus *Gi* ‖ 12 mensium *QVTiags*, mensuum *G* ‖ 14 ecinis *V*

DE SERENDIS FRVMENTIS ET FABA ET LINI SEMINE.

Nunc seruntur frumenta, triticum, far, hordeum, I quamuis hordei satio iam sera sit. et faba circa septimontium seri potest. nam post exactam brumam male seminatur. hoc etiam mense adhuc lini semen spargi poterit usque septimo idus decembres.

DE FODIENDIS PASTINIS ET CAEDENDA MATERIE.

Nunc ad instituendas uites sed post idus pastina II inchoemus effodere, sicut ante tractatum est. et materiem bene hoc mense caedemus: palos quoque et corbes faciemus et redicas. et locis frigidis oleum faciemus ex lauro et myrti bacas atque lentisci in olei sui confectione quassabimus et uinum myrtite, sicut dictum est ante, tingemus.

DE HORTIS.

Hoc tempore serenda est lactuca, ut planta eius III februario transferatur. et iam nunc allium et ulpicum et cepullae et senapi et cunela seri poterunt disciplina et more, quo ante narratum est.

1 FRVMENTIS FABA (FAUA) *Qiac* | ET LINO *Q*, *om. E* || 3 Decembri mense *pro* Nunc *acgs* || 4 iam *om. E* | est *i* || 5 septimonium *i*, septa montium *TGp*, septimum Idus *ac* | exacta *L*, exactum *Q* | pruinam *G* | 6 seminantur *iacs* | adhuc *om. p* || 7 usque ad *as*, usque [ad] *cg* | septimo *PLVFSE*, septimum *G*, VII *ceteri* | Decembris *VGEacg* || 10 pastinam fodimus *p* || 11 materiam *G* || 12 pilos *G* || 13 radicas *LT*, ridicas *editiones* | et ridicas *om. p* || 14 baccis *E* | lentiscis. In *E* || 15 quassauimus *PL*, confectiones ouas salismus *F* | mirtetum *E*, myrtitem *s* || 16 tinguemus *QVG*, retingemus *acg* || 18 mense *p* | lactuca est *PLQVGSETF* | plantas *G* || 19 allium et *om. p*

DE POMIS.

IIII Hypomelides poma sunt, ut Martialis adserit, sorbo similia. mediocri arbore nascuntur et flore candidulo. dulcedo huic fructui cum acuto sapore conmixta est. seritur mense decembri nucleis in uasculis positis. mense autem februario hypomelidis planta sed pollicis magnitudine robusta transfertur
2 breuissimo scrobe soluta terra plurimo stercore. sed munienda est, quia cito arescit, si radices illius uentus adflauerit. terram qualemcumque non respuit. amat loca tepida, aprica, maritima et saepe saxosa. statum frigidum reformidat. inseri non potest, exigua durat aetate. poma eius aut in picatis et munitis urceolis aut scobe populi aut in ollis inter uuas uinaceis obruta seruabuntur.

DE RAPIS CONDIENDIS.

V Nunc rapa in partes minutas recisa et leuiter cocta et tota die diligentius exsiccata, ne quid reseruet umoris, senapi ex aceto, sicut moris est, temperato mergere et condire curabimus et repleta uasa claudemus ac post aliquantos dies gustibus explorata proferemus usuri. quam rem ianuario quoque et nouembri mense poterimus efficere.

2 Yppomelides *L*, Ypomelides *VGi*, Et pomelides *F* ‖ 3 seruntur. nascuntur *E* ‖ 4 candiculo *Q* ‖ 5 commista sunt *p* | in uase *p* ‖ 6 ypomellidis *L*, ypomelidis *VGi* ‖ 8 breuissima *G* ‖ 9 minuenda *PG* | illi *PLQVSTFi*, eius *acgs* ‖ 11 aprica tepida *SE* ‖ 12 rigidum *Siacgs* ‖ 13 minutis *SEiacgs* ‖ 15 uinaciis *i* ‖ 17 incisa *p* ‖ 18 diligenter *p* | exsucata *PLQVG*, exucata *S*, exiccata *i* | reseruent *Giacgs* ‖ 19 et sinapi *iacg* | et *pro* ex *V* ‖ 21 gustabimus *p* ‖ 23 conficere *p*

DE ECHINIS ET PERNIS ET LARDO SALIENDIS ET AVIVM LAQVEIS DISPONENDIS.

Nunc etiam, quibus litus in fructu est, ubi lunae VI
iuuarit augmentum, quae omnium clausorum maris animalium atque concharum iubet incremento suo membra turgere, echini carnes salibus condire curabunt. quod solito more conficitur. hanc quoque rem per omnes menses bene faciemus hibernos. pernas etiam et lardum conficimus non solum mense hoc, sed omnibus, quos hiemalis algor astringit. tempore hoc per humiles siluas et bacis fecunda uirgulta ad turdos ceterasque aues capiendas laqueos expedire conueniet. hoc usque in martium mensem tendetur aucupium.

DE HORIS.

Decembrem ianuario in horis causa dispar ad- VII
iunxit, cum linea simili ille augeatur, iste decrescat.

Hora	I	pedes	XXVIIII,
hora	II	pedes	XVIIII,
hora	III	pedes	XV,
hora	IIII	pedes	XII,
hora	V	pedes	X,
hora	VI	pedes	VIIII,
hora	VII	pedes	X,
hora	VIII	pedes	XII,

1 PERNICIS *L* | SALIENTIS *Q*, PSALLIENDIS *L* | LAQUE *L* ‖ 3 luna *G* | 4 iuuabit *iacgs*, inierit *SE* | argumentum *SE* ‖ 5 suo *om. p* | 6 turgescere *p* | curabimus *SE* | 8 bene faciemus per omnes menses ybernos *E* ‖ 9 conficiemus *V* ‖ 10 sed et omnibus *E* | 12 et caeteras *Eiacgs* | 16 December *L* ‖ 17 augetur *E* | 18 habet *inserit E* | 20 pedes XVII *p* | 21 pedes XV *p* | 22 pedes XIII *p* | 24 pedes XIII *p* | 25 pedes XV *p*

hora	VIIII	pedes	XV,
hora	X	pedes	XVIIII,
hora	XI	pedes	XXVIIII.

1 pedes XVII *p* ‖ 4 PALLADI (PALADI, PALLADII) RVTILI (RVTILII) TAVRI AEMILIANI (AEMELIANI, EMILIANI) VIRI INLVSTRIS (INLVSTRI, ILLVSTRIS) OPVS AGRICVLTVRAE EXPLICIT (EXPLICUIT) *addunt codices praeter E, qui habet* EXPLICIT LIBER PALLADII DE CULTVRA AGRI, *et G, qui* FINIT LIBER *praebet.*

LIBER QVARTVS DECIMVS
SIVE
DE INSITIONE.

AD PASIPHILVM VIRVM DOCTISSIMVM.

Habes aliud indultae fiduciae testimonium. pro
usura temporis hoc opus de arte insitionis adieci.
sed quod uolumina haec ruris colendi serius, quam
iusseras, scripta sunt, librarii manus segnior effecit,
cuius ego tarditatem numquam maligne aestimo. exi-
stimo enim, quo frequenter inclinet argutia seruo-
rum. malo operam eius expectare potius quam timere.
nescio, utrum commune sit dominis: mihi difficile con- 2
tingit in seruilibus ingeniis inuenire temperiem. ita
saepissime natura haec uitiat commodum, si quod
est, et miscet optanda contrariis. uelocitas procurrit
in facinus: segnities figuram benignitatis imitatur et
tantum recedit ab agilitate, quantum recessit a sce-

1 Palladii Rutilii Tauri de Insitione Liber *A*, Palladij Rutilij Tauri aemiliani ad Pastellum de Insitione Liber *H*, Palladii de arte insitionis Libellus *D*, PALLADII RUTILII TAURI AEMILIANI DE INSITIONE LIBER AD PASIPHILUM V. D. *C*, Palladij Rutilij Tauri Emilianj de Insitione arborum carmen ad Pasiphilum uirum doctissimum *B* ‖ 5 Habes — compendia *om.* *AB* | fiducie *H*, fidei *ceteri* ‖ 6 hoc opus tibi pro usura temporis De *D*, opus tibi de arte *H* ‖ 8 fecit *omnes praeter* *DH* ‖ 9 existimo *D*, extimo *Hi*, scio *ceteri* ‖ 10 angustia *D* | famulorum *omnes praeter* *DH* ‖ 11 opera *DH* | potius *om.* *H* ‖ 12 contigit *omnes praeter* *DH* ‖ 14 siquid *i*

lere. diu tamen apud te pudorem meum distuli, sed hoc quasi bonus famulus feci. uerum nescio, si tuum
3 ad has modo minutias inclinetur ingenium. grande erit et par desiderio suo, quod studii tui quaeret adfectio. et licet de his nugis fauorabiliter sentias, ego meas opes existimare non differo. non est magni loci assibus intuendis oculos duxisse per puluerem, quia nescio quomodo notae sunt quaedam maximarum personarum minuta conpendia.

Pasiphile, ornatus fidei, cui iure fatemur,
si quid in arcano pectoris umbra tegit,
bis septem paruos, opus agricolare, libellos,
quos manus haec scripsit parte silente pedum,
nec strictos numeris nec Apollinis amne fluentes
sed pura tantum rusticitate rudes
commendas, dignaris, amas et uilia dicta
adfectu socii sollicitante colis.
nunc ideo modicum crescens fiducia carmen
obtulit arbitrio laetificanda tuo.
et nostrae studium non condemnabile Musae
urbanum fari rusticitatis opus:
sub thalami specie felices iungere siluas,
ut suboli mixtus crescat utrimque decor,
connexumque nemus uestire adfinibus umbris
et gemina partum nobilitare coma,
foederibus blandis dulces confundere sucos
et laetum duplici fruge saporis ali:

2 fecit *H* ‖ 3 modo ad has *H* ‖ 4 quaerat *D*, querat *H* ‖ 6 aestimare *omnes praeter DH* | enim *pro* est *D* ‖ 8 quaedam sunt *DH* | De insitionibus liber XIIII *inserit C*, Argumentum *H* ‖ 10 Passigle *H* | Pasiphile—micet *om. A* | cum D^1 | fatemer D^1 ‖ 14 scriptos D^1 | appollinis *B* ‖ 16 digneris *B* | uilia D^2*H*, Iulia D^1, rustica *ceteri* ‖ 17 Affecti B^1 ‖ 20 comendabile *H* ‖ 23 mistas *D* ‖ 27 fetum *s*

quae quibus hospitium praestent uirgulta, docebo,
quae sit adoptiuis arbor onusta comis.
ipse poli rector, quo lucida sidera currunt,
quo fixa est tellus, quo fluit unda maris,
cum posset mixtos ramis inducere flores
et uaria grauidum pingere fronde nemus,
dignatus nostros hoc insignire labores,
naturam fieri sanxit ab arte nouam.
non segne officium nostrae reor esse camenae
aut operis parui gratia fiet inops.
si uelocis equae pigro miscetur asello
ardor, ut in sterilem res cadat acta gradum
fecundumque genus productus deleat heres
et sibi defectum copia prolis agat:
cur non arbor inops pinguescat ab hospite gemma
et decus externi floris adepta micet?
incipiam, quicquid ueteres scripsere coloni,
sacraque priscorum uerba labore sequar.
principio multas species industria sollers
protulit et doctam iussit inire manum.
nam quaecumque uirens alienis frondibus arbos
comitur, his discit credita ferre modis.
aut noua discreto figuntur germina libro
aut aliud sumunt robora fissa caput
aut uirides oculos externi gemma tumoris
accipit et lento stringitur uda sinu.

DE VITE.

Primus echionii palmes se iungere Bacchi
nouit et externo tenditur uua mero.
nexilibus gemmis fecundos inplicat artus

2 honusta *BH* ‖ 6 fruge *D* ‖ 21 hanc *A* ‖ 22 credite *A* ‖ 23 finguntur *AD* ‖ 24 summo robore *BCiacgs* | fixa *A*, capit *BCiacgs*, fissa capit *D in ras.* ‖ 25 uirideis *Diacgs* | extremi *a* | tumores *A* ‖ 27 DE VITE *et ceteros titulos om. gs* ‖ 28 echionijs *D* | iugere *D* | bachi *AH*

uitis et amplexum pascit adulta genus
degenerisque comae uestigia mitis inumbrat
pampinus et pingui curuat onusta deo.

DE OLIVA.

Robora Palladii decorant siluestria rami,
nobilitat partus baca superba feros,
fecundat sterilis pingues oleaster oliuas
et quae non nouit munera, ferre docet.

DE PIRO.

Germine cana prius niueos haud inuida flores
commodat et uarium nectit amore nemus.
nunc rapit hirsutis horrenda sororibus arma
et docet indomitas ponere tela piros.
nunc teretem pingui producit acumine malum
fraxineasque nouo flectit honore manus.
phyllida quin etiam grandi mitescere fructu
instituens, durae dat sua membra cuti.
et steriles spinos et inertem fetibus ornum
dotat et ignotum cogit amare decus.
huius et inmissi uertere cydonea rami
pomaque confusus blanda creauit odor.
castaneae septos aspro uelamine fetus
exuit et placido pondere mutat onus
mespilaque exarmat pugnacibus horrida membris
et mala tranquillo cortice uota premit.
creditur in libycis sua germina nectere ramis
laetaque puniceo posse decore frui.

1 uiris *A* | gemis *A* || 3 honusta *BH* || 5 decorat *BCD iacgs* || 7 steriles *AH*, pinguis *ADH* || 8 nobit *D* || 9 De Piris *D* || 10 inuidia *A* || 11 Commendat *D* || 16 Phillida *AD* | quid *H* || 20 cidonia *AC*, cydonia *DHiacgs* || 22 Castanee *A* | uolamine *D* || 24 exarmant *D* | pugnantibus *A* || 25 fota *B* | petunt *AH* || 26 et *pro* in *s* | libicis *ADH*, libycis *B*, Lybicis *C* || 27 Letaque *A* | Punica *D* | decere *H*

DE MALO PVNICO.

Punica non alios umquam dignata sapores
mala nec externis adsociata comis,
ipsa suas augent mutato semine gemmas
et sibi cognato picta rubore placent.

DE POMO.

Insita proceris pergit concrescere ramis
et sociam mutat malus amica pirum
seque feros siluis hortatur linquere mores
et partu gaudet nobiliore frui.
spiniferas prunos armataque robora sentes
leuigat et pulchris uestit adulta comis.
exiguam sorbum dulci distendere suco
nouit et ad cupidas flectere poma manus.
stipitibus gaudet nomen mutare salignis
et gratum Nymphis spargere flore nemus.
robora thyrsigero platani concordia Baccho
fetibus instituit plena rubere nouis.
illius insolitas miratur persicus umbras
populeaeque ferunt candida dona comae.
mespilus huic paret lapidosaque uiscera mutans
tenditur et niueo plena liquore rubet.
pro sudibus fetis et pro praegnantibus armis
castaneae fuluum dant noua mala decus.

DE PERSICO.

Ipsa suos onerat meliori germine ramos
persicus et pruno scit sociare genus

1 DE MALO *A*, De malo Seu Pomo *D* ‖ 3 socia *B*[1]*i* ‖ 11 Spiniferos *B* | primos *D* ‖ 13 discendere *BD* ‖ 16 nimphis *ACH* ‖ 17 thirsigero *A*, tyrsigero *H* | bacho *AH* ‖ 18 rubore *ABDHia* ‖ 20 Populaeque *C* (ae *in ras.*) | poma *ADH* ‖ 21 pares *A* ‖ 23 P suibus *A* | pregnantibus *AB* ‖ 27 primo *AD*

imponitque leues in stipite phyllidis umbras
  et tali discit fortior esse gradu.

DE MALO CYDONEO.

Cum praestet cunctis se fulua cydonea pomis,
  alterius nullo creditur hospitio.
roboris externi librum aspernata superbit,
  scit tantum nullo crescere posse decus.
sed propriis pandens cognata cubilia ramis
  stat contenta suum nobilitare bonum.

DE MESPILO.

Aemula dura piri despecti mala saporis
  mespilus admisso germine tuta subit
et geminis sese uiolentior inserit armis
  atque auidas terrent robora saeua manus.

DE CITRO.

Nec non et citrei patiuntur mutua rami
  pignora, quae grauido cortice morus alit,
pomaque pasturi blando redolentia suco
  armatis mutant spicula nota piris.

DE PRVNO.

Pruna suis addunt felicia germina membris
  donaque cognato corpore laeta ferunt.

1 phillidis *ABD* ‖ 3 DE CIDONEO *A*, De Petj Malo cydoneo *B*, De Cydomo malo *D*, De Fulua cidonea *H* ‖ 4 prestent *AH* | cidonea *A*, cydonea *B* ‖ 6 spernata *DH* ‖ 10 De Mespilio *D* ‖ 11 Semina *pro* Aemula *ADH* | dum *pro* dura *D* ‖ 12 amnisso *AH* ‖ 14 terret *AH* ‖ 15 DE MALO CITRIO *Ca* De MALO Citrino *D*, De Malo citrino *B*, De malo citrino *c* ‖ 16 citrij *a* ‖ 17 Pignera *D* ‖ 18 palustri *A* | reddentia *A* ‖ 20 DE PRVNIS *C*, De Prunis *B* ‖ 22 leta *A*

exarmat fetus, sed brachia roboris armat
castaneae prunus iussa tenere larem.

DE SILIQVA.

Adsuescunt siliquae uiridi mollescere suco
et gremio pascunt cerea poma suo.

DE FICV.

Persuadet moris tetrum uariare colorem
ficus et inuasis dat sua iura comis.
se quoque miratur pingui grandescere suco
et solitum gaudet uincere poma modum.
insignes foliis platanos, felicia mensis
brachia, gaudentes uitis honore comas,
ingrediens pingui se cortice maxima ficus
seruat et optatos inplet adepta sinus.

DE MORO.

Mutua quin etiam moris commercia ficus
praestat et oblatum robore germen alit.
fraxinus huic auidae confert sua membra sodali
et metuit fetus sparsa cruore nouos.
proceras fagos et poma hirsuta uirentis
castaneae duris aspera mala comis
inficiens monstrat piceo nigrescere partu,
et suco pascit turgida poma nouo.
obsequitur moris blando terebinthus odore
et geminis ueniunt munera mixta bonis.

4 silique *A* ‖ 5 cetera *omnes praeter ADH* ‖ 6 DE FICVBVS *C*, De ficubus *B* ‖ 7 mutare *CBiacgs* ‖ 8 in uasis *i* ‖ 15 De Moris *D* ‖ 16 conmertia *AB* ‖ 17 Prestat *AB* ‖ 18 auide *A* | sorori *CBiacgs* ‖ 21 Castanee *A* ‖ 24 therebintus *AB*, therebinthus *H*

DE SORBIS.

Sorba suos partus merito maioris honestant
seminis et pulchro curua labore nitent.
haec arbos spinae duros mucronibus artus
exuit ac libris mitibus arma tegit
aureaque adnexo miscere cydonea fetu
gaudet et externi dona coloris amat.

DE CERASO.

Inseritur lauro cerasus partuque coacto
tingit adoptiuus uirginis ora pudor.
umbrantes platanos et iniquam robore prunum
conpellit gemmis pingere membra suis
populeasque nouo distinguit munere frondes,
sic blandus spargit brachia cana rubor.

DE AMYGDALO.

Phyllis odoratos primaeuis floribus artus
discisso pruni cortice fixa tegit
pomaque permutat uelamine persica mixto
duritiemque docet tegminis esse loco.
in modicam tornat siliqua tendente figuram
et frondes pulchro ditat odore feras
castaneamque trucem depulsis cogit echinis
mirari fructus leuia poma sui.

1 DE Sorbo *D* ‖ 2 sua *D*, suo *H* ‖ 3 cutru *A* ‖ 4 duro *D* | 6 cicodena *A* ‖ 10 Tinguit *icgs* | adoptiuis *BH* ‖ 12 geminis *H* ‖ 13 populeaque *D* ‖ 15 DE AMIGDOLO *A*, DE AMIGDALO *C*, De Amigdalo *D*, De Amingdalo *H* ‖ 17 Discissi *CBiacgs* ‖ 18 permutant *AH* | uelamina *B*[1] | misto *ADCacgs* ‖ 19 decet *A* ‖ 20 Immodicam *A* | tronat *H* ‖ 21 frondens *D* | odoriferas *DH* ‖ 22 echinnis *BD* ‖ 23 miraci *H*

DE PISTACIIS.

Quin et amygdaleos subeunt pistacia ramos
et meritum maius de breuitate petunt.
haec et cognato cingens terebinthus amictu
nutrit adoptiuis nobilitanda comis.

DE CASTANEA.

Flumineam salicem fecundant ardua membra
castaneae et multo pasta liquore uigent.

DE NVCE.

Arbuteas frondes uastae nucis occupat umbra
pomaque sub duplici cortice tuta refert.

Cetera, quae sollers processu temporis usus
exprimet exemplis instituere nouis.
haec sat erit tenuem uersu memorasse poëtam,
quem iuuat effossi terga mouere soli.
carmina tu duros inter formata bidentes
aspera sed miti rusticitate lege.

1 De Pistachis *H* ‖ 2 amigdoleos *A*, amigdaleos *D*, amingdaleos *H* | pistachia *DH* ‖ 3 debitum *CBiacg* | ferunt *ADH* ‖ 4 therebintus *ABH* ‖ 7 Fulmineam *D* ‖ 8 multum *D* | uigore *H* ‖ 14 tenui *CBiacgs* ‖ 17 leges *DCBiacgs*



Corrigenda.

In summa pagina 51 adde *PALLAD.*,
in summ. pag. 105 lege *III 25* pro *IIII 25,*
in pag. 134 linea 25 *scilla* pro *squilla,* infra inserens *squillae* omnes,
in pag. 181 lin. 27 dele *E.*

Palladius, Rutilius Taurus
Aemilianus
Palladii Rvtilii Tavri
Aemiliani viri inlvstris
Opvs agricvltvrae